Incipit ordo missalis per circulū anni. Dominica prima in Aduentu domini Introitus ad officium misse.

Ad te leuaui animā meaz de⁹ me⁹ in te confido non erubescā. neqz irrideant me inimici mei etenim uniuersi qui te expectant nō confundentur. ℣ Vias tuas dñe demonstra michi et semitas tuas edoce me. Nota Gloria in excelsis non dicit̄ p totū aduētū. nisi i festis duplicib⁹ Coll̄.

Excita qs dñe potētiā tuam et veni: vt ab imminentibus peccatoz nroz periculis te mereamur protegente eripi. te liberante saluari: Qui viuis et regnas. Alia Collecta ad dnā

Deus q de beate marie virginis utero. verbuz tuū angelo annūciante. carnez suscipe voluisti. ppta supplicibus tuis: vt q̄ vere eaz dei genitricem credim⁹. eius apud te intercessiōib⁹ adiuuemur. ℣ eundem. Que seruāda ē singulis diebus p aduentū.

Frēs: Ad Romanos.

Scientes: q̄a hora est iā nos de somno surgere. Nunc enī propior ē nra salus: q̄ cum credidim⁹. Nox precessit: dies aūt appropinquabit. Abijciamus ergo opa tenebraz. et induamur arma lucis: sicut i die honeste ambulem⁹. Non in comessationib⁹ z ebrietatibus. nō in cubilib⁹ z impudicicijs. nō in contentione z emulatione: sed induimini dñm ihesum christum. Graduale.

Uniuersi qui te expectāt nō confundent dñe ℣ Vias tuas domine notas fac mihi et semitas tuas edoce me. Alla ℣ Ostende nobis dñe misericordiā tuaz et salutare tuū da nobis.

In illo tpe. Scōm Matheū.

Cū appropiquasset ihesus hierosolymis z venisset bethphage

a

ge ad mōtē oliueti: tūc misit duos discipl'os dicēs eis. Ite in castellū qđ cōtra vos est: et inuenietis asinaz alligatā et pullū cū ea. Soluite: et adducite mihi. Et si q̄s vobis aliq̄d dixerit. dicite q̄a dñs his op' habet: et cōfestim dimittet eos Hoc aūt totū factū est: vt adimpleret qđ dictū est p ꝓphetam dicētē. Dicite filie sion: ecce rex tuus venit tibi māsuet' et sedēs sup asinā et pullū filium subiugalis. Euntes aūt discipuli: fecerūt sicut p̄cepit illis iesus. Et adduxerūt asinaz et pullū. et imposuerūt supra eos vestimēta sua: et eū desup sedere fecerūt. Plurima aūtē turba: straverūt vestimēta sua in via. Alij aūtē cedebāt ramos de arborib' et sternebāt in via Turbe autem que p̄cedebāt et que sequebant̄ clamabāt dicentes. Osanna filio dauid: bñdict' q̄ vēit in noīe dñi. Credo dicāt singulis dñicis. Off. Ad te dñe leuaui aiaz meā de' meus in te cōfido non erubescam neq; irrideāt me inimici mei etenim vniuersi qui te expectāt nō cōfundentur. Secreta.

Hec sacra nos dñe pūrēti virtute mūdatos. ad suū faciāt puriores venire principiū. Ꝑ. Altari tuo dñe munera supplicia sp̄ūsētūs assumat q̄ bē marie viscera splēdorib' sue virtutis repleuit Ꝑ dñm nr̄m. eiusdē. Com. Dñs dabit benignitatē et terra nr̄a dabit fructū suū. Complē. Suscipiam' dñe misericordiam tuā in medio tēpli tui: et repatiōis nr̄e vētura solēnia cōgruis honorib' p̄cedem'. Ꝑ Gratiā tuā dñe mētibus nr̄is infūde vt q̄ angelo nūciante christi filij tui incarnationē cognouim'. p passionē ei' et crucē ad resurrectiōis gloriā p̄ducamur. Ꝑ. Benedicam' dño. Feria.iiij. Lectio epistole beti Jacobi apostoli.

Charissimi: Patientes estote: vsq; ad aduētū dñi. Ecce agricola expectat p̄ciosum fructū terre: patienter ferēs donec accipiat temporaneum et serotinū. Patientes igit̄

estote ꝛ vos. ꝛ confirmate cor da vestra: qñ aduentus dñi appropiquabit. Nolite inge/ miscere fratres in alterutrū: vt non iudicemi. Ecce enī iudex ante ianuam assistit. Exemplū accipite frēs exitus mali ꝛ lon ganimitatis ꝛ laboris ꝛ pati entie pphetas: q̄ locuti sūt. In noie dñi nr̄i ihesu christi.

Sequit. Secōm Matthēū. Venit iohēs baptista p̄dicans i deserto iudee: ꝛ dicens. Penitentiā agite: appropin/ quabit enī regnū celoꝝ. Hic ē enī: qui dict' est per esaiā pphetam dicentē. Vox clamantis in deserto: parate viā dñi. rectas facite semitas eius. Ipse aūt iohānes habebat vesti mentū de pilis camelorū: ꝛ zo/ nam pellicēā circa lūbos eius. Esca autē eius erat locuste: et mel siluestre. Tunc exibat ad eū ois hierosolyma ꝛ ois iu/ dea. ꝛ ois regio circa iordanē et baptizabāt' ab eo ī iorda/ ne. cōfitentes peccata sua.

Feria. vi. Secōm Lu. Sequit. Dicebat iohānes ad turbas: q̄ exibāt vt bapti/ zarent' ab eo. Genimina vi/ perarū q̄s ondit vobis fuge/ re a ventura ira: Facite ergo fruct' dignos penitētie: ꝛ ne te/ peritis dicere. pēm habemus abraā. Dico enī vobis: q̄a po tens ē deus de lapidib' istis su scitare filios abrae. Jam enī securis ad radicē arboris po/ sita ē. Omis enī arbor nō faciēs fructū bonū excidet': ꝛ ī ignem mittet'. Et interogabāt eū tur/ bе dicētes. Quid ergo facie/ mus: Rndēs aūt: dicebat illis Qui habet duas tunicas det nō habenti. Et q̄ habet escas: similiē faciat. Venerūt aūt et publicani vt baptizarent'. Et dixerūt ad illū. Magr̄ q̄d facie mus: At ille dixit ad eos. Ni/ hil ampli' q̄ꝫ qd̄ cōstitutū est vobis faciatis. Interogabāt aūt eū ꝛ milites: dicētes. Quid faciem' ꝛ nos: Et ait ill'. Nemi nē cōcutiatis. neq̄ calūniā fa/ ciatis: ꝛ cōtenti estote stipēdijs vr̄is. Existimante aūt pplo et cogitātib' oib' in cordib' suis de iohanne. ne forte ipse esset

christ⁹:rñdit iohēs dicēs oib⁹ Ego q̄dē aqua baptizo vos: veniet aūt fortior me post me cui⁹ nō sum dign⁹ soluere corrigiā calciamēt oꝝ eius. Ipse vos baptizabit in spūsctō et igni. Cui⁹ ventilabꝝ i māu eius: ꝛ purgabit areaꝝ suaꝝ. Et cōgregabit triticū in hrreuꝝ suū: paleas aūt cōburet igni inextinguibili. Multa q̄dē et alia exhrtans: euāgelizabat ppulo. **Dominica. ij.**

POpulus sion ecce dñs veniet ad saluādas gentes et audiā faciet dñs gloriā vocis sue in lētcia cordis vri. ℣ Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph: **Collecta.**

EXcita dñe corda nra ad prepādas vnigeniti tui vias: vt p ei⁹ aduētū purificatis tibi mētib⁹ seruire mereamur. Qui te. **Ad Roma.**

FRēs: Quecūq; scripta sunt ad nram doctrinā scripta sūt: vt p patiētiā ꝛ consolationē scripturaꝝ spem habeam⁹. De⁹ aūt patiētie ꝛ solatij det vobis idipsum sapere in alterutrꝝ secm iesum christū: vt vnanimes vno ore hnorificetis deū ꝛ prem dñi nri iesu christi. Propt qd suscipite inuicē. sicut ꝛ christus suscepit vos: in hnorē dei. Dico enim christū iesum minist̄ fuisse circūcisionis ꝓpter veritatē dei: ad cōfirmādas ꝓmissiones patrū. Gētes aūt sup misericordia hnorare deū: sicut scriptū est. Propterea cōfitebor tibi i gētib⁹ dñe: ꝛ nomini tuo cātabo. Et iterū dicit. Letamini gētes: cum plebe ei⁹. Et iterum. Laudate oēs gētes dñm: ꝛ magnificate eū oēs ppuli. Et rursum esaias ait. Erit radix iesse. ꝛ q̄ exurget regere gētes: in eū gentes sperabūt. De⁹ aūt spei repleat vos oi gaudio ꝛ pace i credēdo: vt habūdetis i spe. ꝛ virtute spiritussancti. **Grad.**

EXsion spes decoris ei⁹ dns manifeste veniet: ℣ Cōgregate illi sctos ei⁹ qui ordinauerūt testamētū ei⁹ sup sacrificia. **Alla ℣** Letatus sum i his que dicta sūt mihi i domo dñi ibimus ℣ Stantes erāt pedes nri in atriis tuis hierl̄

JA.i.t.D.i.d.s. S.Lucã.
Erũt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis. ⁊ in terris ꝓſſura gẽtium ꝑ confusione sonit⁹ maris et fluctuũ: arescẽtib⁹ hoib⁹ ꝑ timore ⁊ expectatiõe q̃ supuenient vniuerso orbi. Naz virtutes celoz mouebũt. Et tũc videbũt filiũ hois veniẽtẽ in nube: cũ potestate magna ⁊ maiestate. Hec aũt fieri incipiẽtib⁹ respicite ⁊ leuate capita vestra quia appropinquat redemptio vra. Et dixit illis similitudinẽ. Videte ficulneaz: ⁊ oẽs arbores. Cũ pducũt iam ex se fructũ: scitis q̃m ꝓpe est estas. Ita ⁊ vos cũ videritis hec fieri: scitote q̃m ꝓpe ẽ regnuz dei. Amẽ dico vobis: q̃a nõ preteribit generatio hec donec oia fiant. Celũ ⁊ terra trãsibũt: verba aũt mea nõ trãsibũt. Off
O eus tu cõuertẽs viuificabis nos et plebs tua letabit in te oste de nobis dñe misericordiã tuaz et salutare tuũ da nobis.
Placare dñe q̃s Secreta:
hũilitatis nre pẽab⁹ ⁊ hostijs. vt vbi nulla suppetunt suffragia meritoz. tuis nobis succurre ꝓsidijs. Ꝑ dñm. Com:
Hierusalẽ surge et sta i excelso et vide iocũditatez que veniet tibi a deo no. Complenda.
Repleti cibo spũalis alimonie supplices te dñe depcamur vt huius ptcipatiõe mysterij discas nos terrena despicere. et amare celestia. Ꝑ dñm no.
Feria. iiij. Lectio Malachie
Et dicit dñs de⁹ ꝓphete
Ecce ego mittã angelũ meũ: ⁊ prepabit viã añ faciẽ meã. Et statim veniet ad templũ suũ dñator quẽ vos q̃ritis: ⁊ angelus testamẽti quez vos vultis. Ecce venit: dicit dñs omnipotens. Et quis poterit cogitare diẽ aduentꝰ eius: Et quis stabit ad videndũ eum: Ipse enim quasi ignis cõflans et quasi herba fullonũ. Et sedebit cõflãs ⁊ emũdãs argẽtũ: ⁊ purgabit filios leui. Et conflabit eos quasi aurum ⁊ quasi argẽtũ: ⁊ erũt dño offerẽtes sacrificia in iustitia. Et placebit dño sacrificiũ iuda ⁊ hierusalẽ: sicut dies seculi ⁊ si-

cutãni antiq. Et accedam ad vos in iudicio: et ero testis velox maleficis. et adulteris. et periuris. et q̃ calũniãt mercedem mercenarij. et q̃ hũiliãt viduas et pupillos. et opprimũt peregrinũ: nec timuerũt me dicit dñs. Ecce ego mittã vobis hẽliam pphã: añq̃ veniat dies dñi magn⁹ et horribilis: Et cõuertet cor patrũ ad filios: et cor filioz ad pres eoz. Dicit dñs ops. Scõm Matheũ.

IN illo. Dixit ihesus turbis et discipulis suis. Amẽ dico vobis: nõ surrexit inr natos mulierũ maior iohẽ baptista. Qui aũt mior ẽ in regno celorũ: maior ẽ illo. A diebꝫ autez iohis baptiste vsq̃ nũc regnũ celoz vim patit: et violẽti rapiũt illud. Oẽs enĩ pphe et lex vsq̃ ad iohem pphauerũt. Et si vultis recipe: ipse ẽ helias q̃ venturꝰ ẽ. Qui habet aures audiendi audiat. Feria. vi. S. Joh.

IN illo. Johes testimoniũ phibẽs d̃ dño: clamabat dicẽs. Hic erat quẽ dixi vobis q̃ post me venturꝰ ẽ. añ me f actꝰ est. q̃a prior me erat. Et d̃ plenitudie eiꝰ nos oẽs accepimꝰ et grãz pro grã. Quia lex per moysen data ẽ: grã et veritas p ihesum christũ facta ẽ. Deuz nemo vidit vnq̃. Vnigenitꝰ filiꝰ q̃ est in sinu pris: ipse enarrauit. Dñica. iij. Introit⁹

GAudete in dño semp iterũ dico gaudete modestia vra nota sit oibꝰ hoibꝰ dñs prope est. nihil solliciti sitis sed in oiõne petitiões vre innotescant apud deũ. ℣. Benedixisti dñe terrã tuã auertisti captiuitatẽ iacob. Col⁹

FAcies tua q̃s dñe pcibus nris accomoda: et mentis nre tenebras gra tue visitatiõis illustra: Qui vi.

HEbr̃s: Ad Corinthios Sic nos existimet hõ vt ministros christi: et dispẽsatores mysterioz dei. Hic iã querit inr dispẽsatores: vt fidelis q̃s inueniat. Mihi aũt p minimo est vt a vobis iudicer: aut ab hũano die. Sed necz me ipsum iudico. Nihil enĩ mihi cõsciꝰ sũ: sed nõ in hoc iustificatus sum. Qui aũt iudicat me

dñs est. Itaq; nolite añ tps iudicare: quoadusq; vẽiat dñs
min9 q; illũiabit abscõdita te
nebrarũ. ; mãifestabit consi-
lia cordiũ. Et tũc laus erit uni
cuiq; a deo. Graduale.
Qui sedes dñe sup cherubin ex-
cita potẽtiã tuã et veni. ℣ Qui
regis israel intende qui deducis
velut ouẽ ioseph. Alla ℣ Ex-
cita dñe potẽtiã tuã et veni vt sal
uos facias nos. S. Matth.
In illo tẽpe. Cũ audisset ioh̃es in
vinculis opa christi: mittẽs
duos de discipulis suis ait illi
Tu es q; vẽtur9 es. an aliũ ex-
pectam9: Et rñdẽs ihesus: ait il-
lis. Eũtes renũciate ioh̃i: que
audistis ; vidistis. Ceci vidẽt
claudi ãbulãt. leprosi mũdãt
Surdi audiũt: mortui resur-
gũt: paupes euãgelizant. Et
beat9 ẽ: q; nõ fuerit scãdalizat9
i me. Illis aũt abeũtib9: cepit
ihesus dicere ad turbas de io-
hanne. Quid existis i desertũ
videre: Arũdinẽ vẽto agita-
tam: Sed quid existis videre:
Hoiem mollib9 vestitũ: Ecce q;
mollib9 vestiũt: in domib9 re-
gũ sũt. Sed q; existis videre:
Prophetã: Etiã dico vobis:
et plus q; ppham. Hic est enim
de quo scriptum est. Ecce ego
mitto angelũ meũ ante faciẽ
tuã: q; ppabit viã tuã ante te.
Amen dico vobis: non surrexit de natis mulierũ maior Joh. Bap-
tista. Sequẽtia sci Euangelij secundum Matthæum.
In illo tẽpore. Dixit ihesus turbis iudeorũ et principibus sacer-
dotũ hanc parabolã. Homo quidã erat pater familias qui
plantauit vineã. Secreta.
Deuotiõis nre tibi q;s dñe hostia iugit immo-
let: q; ; sacri præcipua institutis
mysterijs. ; salutare tuũ nobis
mirabiliter operet. P. Com.
Dicite pusillanimes cõfortami
ni et nolite timere ecce de9 nr ve-
niet et saluabit nos. Complẽ.
Implorem9 dñe clemẽtiã tuã
vt hec diuina subsidia a vicijs
expiatos. ad festa vẽtura nos
preparẽt. P. Feria. iiij. quat
Rorate cæli desup et nubes pluant tuor temporũ.
iustũ aperiat terra et germinet sal-
uatorẽ. ℟ Cæli enarrãt gloriã
dei et opa manuũ ei9 annunciat
firmamẽtũ. Sine Oratione vo-
biscũ. sed dr Orem9 Flecta
mus ge. Leua. Collect.
Rectã q;s op̃s ds: vtre-

demptionis nre ventura solē nitas: a presentis nobis vite subsidia cōferat: a eterne lxati tudinis pmia largiat. Pdo.

In dieb' Lectio Esaie pphe. illis. Dixit esaias ppha. Erit in nouissimis dieb' ppatus mons dom' dñi in vertice mō tiū: a eleuabit' super colles. Et fluent ad eū oēs gētes: a ibūt ppuli multi a dicent. Venite ascendam' ad mōtē dñi a ad domū dei iacob: a docebit nos vias suas. a ambulabimus in semitis eius. Quia de sion exibit lex: a verbū dñi de hieru salē. Et iudicabit gentes: a arguet pp'os multos. Et cōflabunt gladios suos i vomeres et lanceas suas i falces. Non leuabit gēs cōtra gētē gladium: nec exercebūt' vltra ad pliū. Domus iacob: venite et ambulem'. in lumine domini dei nostri. Gradual.

T. ollite portas principes vras et eleuami porte etnales et introibit rex glorie. ℣. Quis ascēdet i mōtem dñi aut quis stabit i loco sancto ei' innocēs mānib' et mundo corde. Oñs vobiscū dicit O rem'. Sine F lectam' ge.

Festina qs dñe ne Colle. tardaueris: a auxiliu m nobis supne virtutis impēde vt aduēnus tui cōsolatiōibus subleuēt. q in tua pietate cōfidunt. Qui vi. a reg. Lectio

In dieb' illi. Esaie pphe Locut' ē dñs ad achaz dicēs. Pete tibi signuz a dño deo tuo i pfundū inferni: siue in excelsuz supra. Et dixit achaz. Nō petā: a nō tēptabo dominū. Et dixit. Audite ergo dom' dauid. Nunq̄d paz vobis est molestos esse hoib'. q̄a molesti estis a deo meo. Propter hoc dabit dñs ipse vobis signum. Ecce virgo cōcipiet a pariet filiū: a vocabit' nomen eius emanuel. Butyrū a mel comedet: vt sciat reppbare malum. a eligere bonū. Grad.

Prope ē dñs oib' invocātibus eū oib' qui invocāt eū in veritate. ℣ Laudē dñi loquet' os meum et bñdicat omis caro nomē sanctū eius. Sedm Lucaz

In. i.t. Missus ē angelus

V

gabriel a deo i ciuitatez gali/
lee cui nomẽ nazareth:ad vir
ginẽ despnsatã viro . cui no/
men erat ioseph de domo da/
uid.Et nomẽ virginis maria
Et ingressus angelus ad eaz
dixit.Aue grã plena . dñs te/
cum:bñdicta tu in mulierib⁹.
Que cũ audisset turbata est i
sermõe ei⁹:z cogitabat qualis
esset ista salutatio . Et ait an/
gelus ei . Ne timeas maria:
inuenisti eni grãm apud deũ
Ecce cõcipies i vtero z paries
filiũ:z vocabis nomẽ ei⁹ ihesuz
Hic erit magn⁹ z fili⁹ altissimi
vocabit.Et dabit illi dñs de⁹
sedẽ dauid pris eius.z regna/
bit i domo iacob i eternũ :z reg/
ni eius nõ erit finis. Dixit ãt
maria ad angelũ . Quõ fiet
istud: qm virũ nõ cognosco:
Et rñdens angelus : dixit ei:
Spũssanct⁹ superueniet i te:z
virtus altissimi obũbrabit ti
bi. Ideoqz z qd nascetur ex te
sanctũ:vocabit fili⁹ dei.Et ece
elisabeth cognata tua:z ipsa
concepit filiũ in senectute sua.
Et hic mẽsis ẽ sext⁹ illi q vocat
sterilis:qa nõ erit impossibile
apud deũ oe verbũ.Dixit au
tem maria . Ecce ancilla dñi.
Fiat mihi sedm verbũ tuũ.

Conforta me et iã nolite **Off.**
timere ecce eni deus nr retribuet
iudiciũ ipse veniet et saluos nos
faciet. **Secreta.**

Accepta tibi sint dñe qs no/
stra ieiunia .q̃ z expiãdo nos
tua grã dignos effician̄t z ad
sempiterna promissa pducãt. ℣
Ecce virgo cõcipiet et **Com.**
pariet filiũ et vocabit nomẽ eius
emanuel. **Complenda.**

Salutaris nuis dñe munere
satiati te supplices deprecamur:
vt cui⁹ letamur gustu: renoue
mur effectu. ℣ dv. **Feria.vi.**
quatuor temporũ. Introit⁹.

Prope esto dñe et oes vie
tue veritas initio cogno/
ui de testimoniis tuis quia i eter/
num tu es. ℣ Beati imaculati
in via qui ãbulãt in lege domini
Dñs vobiscũ. **Sine Kl.** Secta
Exita qs **Colk.** mus.g
dñe pretiã tuam z veni
vt hi q̃ i tua pietate confidũt.
ab oi ciu⁹ aduersitate liberen̄

a v

Qui vi.ꝛ reg. L.Esaie ꝓphe
Et dicit dñs ds. Egre-
diet virga de radice ies
se:ꝛ flos de radice eiꝰ ascendet.
Et requiescet sup eum spūs dñi:
spūs sapie ꝛ intellectꝰ.spūs cōsi
lij ꝛ fortitudis.spūs scie ꝛ pie-
tatis:ꝛ replebit eū spūs timo-
ris dñi. Nō secdm visionē ocu
loꝝ iudicabit.neqꝫ secdm audi
tū auriū arguet:sꝫ iudicabit i
iustitia paupes.ꝛ arguet i equi
tate ꝓ mansuetis tre. Et percutiet
trā virga oris sui:ꝛ spū labi-
orū suoꝝ interficiet impiū. Et erit
iustitia cingulū lūboꝝ eiꝰ:ꝛ fi-
des cinctoriū renū eiꝰ. Gꝫ.
Ostēde nobis dñe misericordi-
am tuā et salutare tuū da nobis
℣ Gñdixisti dñe terrā tuā auer
tisti captiuitatē iacob. S.Lucā
Ma.i.t. Exurgēs maria ab
ijt in montana cū festinatiōe
in ciuitatē iuda. Et intrauit in do-
mū zacharie:ꝛ salutauit elisa
beth. Et factū ē vt audiuit sa-
lutationē marie elisabeth:exul-
tauit infans in vtero eiꝰ. Et
repleta ē spūsco elisabeth:ꝛ ex
clamauit voce magna ꝛ dixit
Gñdicta tu inter mulieres:ꝛ be-
nedict' fructꝰ vētris tui. Et vñ
ꝓ mihi:vt veiat mr dñi mei
ad me: Ecce enim vt facta ē vox
salutatiōis tue in auribꝰ meis:
exultauit in gaudio infans in vte
ro meo. Et btā q credidit:quō
pficiēt ea q dicta sūt ei a dño:
Et ait maria. Magnificat
aia mea dñm. Et exultauit spi-
ritꝰ meꝰ:in deo salutari meo.
Off. Deus nr cōuer. R fol.iij
Muneribꝰ nris qs Secreta
dñe ꝓcibusqꝫ susceptis:ꝛ cele-
stibꝰ nos mūda mysterijs.et
clemēr exaudi. Pdo. Com.
Ecce dñs veiet et oēs sci eiꝰ cū eo
et erit i die illa lux magna Cōpl'
Tui nos qs dñe sacri libatio
sta restauret ꝛ a vetustate pur
gatos.in mysterij salutaris fa
ciat trālire consortiū. Pdñm.

Sabbato.iiij.tempꝰ
Eni et oñde nobis facie
tuā dñe qui sedes sup cherubin
et salui erimꝰ. ℣ Qui regis isrl'
mēde qui deducis velut ouē io-
seph. Oremꝰ Flectamus ge.
Deus q cōspicis qa Coll'
ex nra prauitate affligimur:
cōcede ꝓpicꝰ:vt ex tua visitati

vt hic in textu) sc̄g Bēa q̄ habet in Sophiloquio, et Herasi: habet sed Biblia p̄m Hieron: sc̄g Bēa, q̄ ne credidisti, q̄m ꝓficiēt ea q̄ dicta sūt tibi a dño ꝛc

one cõsolemur. Qui vi. ꝛ reg

In dieb' illis. L. Esaie ꝓphete Clamabũt filij isrl' ad dñm a facie tribulantis: ꝛ mittet eis saluatorẽ. ꝛ ꝓpugnatorẽ q̃ liberet eos. Et cognoscetur dñs ab egypto ꝛ cognoscẽt egyptij dñm i die illa: ꝛ colẽt eũ in hostijs ꝛ mũeribꝫ: ꝛ vota vouebũt dño ꝛ soluẽt. Et percutiet dñs egyptũ plaga: ꝛ sanabit eã. Et reuertẽt ad dñm: ꝛ placabit eis. Et sanabit eos dñs deus noster. Graduale

A summo celo egressio eius. et occursus eius vsqꝫ ad sũmũ eius. ℣ Celi enarrãt gloriã dei et opera manuũ eius ãnũciat firmamentũ. Sine Dñs vobi. Oremus

Oratio. Lecta. ge. Leua. Collecta

Concede qs ops ds: vt q̃ sub pcti iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigẽiti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui te. Lect.

Et dicit dñs Elaie ꝓphete min' ds. Letabit̃ deserta ꝛ iuia ꝛ exultabit solitudo: et florebit quasi liliuꝫ. Germinãs germinabit: ꝛ exultabit letabũda ꝛ laudãs. gl'ia libani data ẽ ei: decor carmeli ꝛ saron. Ipi videbũt gl'iaꝫ dñi: ꝛ decorẽ dei nr̃i. Cõfortate manꝰ dissolutas: ꝛ genua dubilia roborate. Dicite pusillanimis confortamini: ꝛ nolite timere. Ecce ds vr̃ vltionẽ adducꝫ retributiõis: ds ipe veniet ꝛ saluabit vos. Tũc apiẽt̃ oculi ceciꝫ: et aures surdꝫ patebũt. Tũc saliet claudꝰ sicut cervus. ꝛ aperta erit lingua mutoꝝ: q̃a scissa sũt in deserto aq̃: ꝛ torrẽtes in solitudine. Et q̃ erat arida in stagnũ: ꝛ sitiẽs in fõtes aquaꝝ. dicit dñs

In sole posuit tabernaculũ suũ. Gꝫ ops naculũ suũ et ipe tãquã sponsus procedẽs ꝺ thalamo suo ℣ A sũmo celo egressio eius. et occursus eius vsqꝫ ad sũmũ eius. Sine Dñs vo. Oremus

Oratio. Lecta. ge. Leua. Collecta

Adignos nos q̃s dñe famulos tuos quos actiõis ꝓprie culpa cõtristat: vnigẽiti filij tui aduẽtu letifica. Qui t.

Et dicit dñs L. Ela. p. ds. Sup mõtẽ excelsuꝫ ascẽde tu qui euãgelizas sion exalta in fortitudie voce tuã. q̃ euãgelizas hierusalẽ. Exalta noli timere. Dic ciuitatibꝰ iu-

de:ecce de⁹ vr̃. Ecce dñs ds i fortitudie veiet ↄ brachiũ ei⁹ dñabit̃. Ecce merces ei⁹ cũ eo:ↄ op⁹ illi⁹ coram illo. Sicut pastor gregẽ suum pascet: i brachio suo cõgregabit agnos:ↄ in sinu suo leuabit eos. Domin⁹ deus noster. **Graduale**

O ñe ds virtutũ cõuerte nos et ostẽde faciẽ tuã et salui erimus. ℣ Excita dñe potẽtiã tuaz et veni vt saluos facias nos. **Sine**

O ñs vo. **O**rem⁹ **F**lectam⁹ genua. **L**euate. **Colle.**

Resta ãs ops ds:vt filij tui vẽtura solẽnitas. ↄ pñtis nobis vite remedia cõferat. ↄ pmia etna cõtedat. Deundez

Lectio Ysaie prophete.

Et dicit dñs⁹ christo meo cyro:cui⁹ apprehẽdi dexterã vt subijciã ãn facie ei⁹ gẽtes et dorsa regũ vertã. Et aperiã coraz eo ianuas:ↄ porte non claudent̃. Ego añ te ibo:ↄ gloriosos terre hũiliabo. Portas ereas cõterã:ↄ vectes ferreos cõfringã. Et dabo tibi thesauros absc̃onditos. ↄ archana secretoz:vt scias ꝙa ego dñs ꝙ voco nomẽ tuũ ds isrł ꝓpter seruũ meũ iacob. ↄ isrł electũ meum Et vocaui te nomẽ tuo assimilaui te. ↄ nõ cognouisti me Ego dñs ↄ nõ est ampli⁹: extra me nõ est ds. Accinxi te et nõ cognouisti me:vt sciant hi ꝙ ab ortu solis ↄ ꝙ ab occidẽte. qm̃ absq; me nõ ẽ ds. Ego dñs:ↄ nõ est alt̃. Formãs lucem:ↄ creãs tenebras. Faciẽs pacẽ:ↄ creãs malũ. Ego dñs faciẽs oia hec. Rorate celi desup:ↄ nubes pluant iustum: aperiat terra et germinet saluatorẽ ↄ iustitia oriatur simul. Ego dñs creaui eum. **Oz.**

Excita dñe potentiã tuã et veni vt saluos facias nos. ℣ Qui regis israel intẽde qui deducis velut ouẽ ioseph. qui sedes sup̃ cherubin appare coram effraim beniamin et manasse. **Sine** O ñs vo. **O**rem⁹ **F**lecta. **L**eua.

Reges populi tui **Colle.** quesum⁹ dñe clementer exaudi:vt qui iuste ꝓ peccatis nostris affligimur: pietatis tue visitatiõe cõsolemur Qui vi. ↄ reg. **Lectio Danielꝑ phe**

VII

IN dieb' illis. Angelus dñi descendit cum azaria z sociis ei' in fornacē: z excussit flāmā ignis de fornace et fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantē. Flamma aūt diffusa ē sup fornacē cubitis quadragitanouē: z incendit quos reperit iuxta fornacem de chaldeis ministros regis q̄ eam incēdebāt. Illos autē oino nō tetigit ignis. nec̄ cōtristauit: nec quicq̄ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore: laudabāt z glorificabāt: z bñdicebāt deū in fornace dicentes. Hymnus.

BEnedictus es dñe de' patrū nr̄oz. Et laudabilis et glorios⁹ i secula. Et bñdictū nomē glorie tue q̄ est sanctum. Et laudabile et glorios⁹ in secula. B ñdict' es i templo scō glorie tue. Et laudabilis et glo. B ne dictus es sup thronū scm̄ regni tui. Et lauda. B ñdictus es sup sceptrū diuinitatis tue. Et laud. B ñdictus es qui ambulas sup pennas ventoz. Et lau. B ne dictus es qui sedes sup cherubin intuens abyssos. Et lauda. B enedicāt te oēs angeli et sancti tui. Laudabilē et glorios⁹ in secula. B enedicāt te celi et terra mare et omia que in eis sunt: Laudabilē et glorios⁹ i secula G loria patri et filio et spiritui sancto. Laudabili et glorioso in secula. S icut erat in pricipio et nunc et semper et in secula seculorum amen. Laudabili et glorioso in secula. B enedictus es domine deus patrū nostroruz. Et laudabilis et glorios⁹ in secula D ñs vobiscū. Sine F lecta

OMnus genua. Collecta.

DEus q̄ trib' pueris miticasti flāma ignīū cōtede pticius: vt nos famulos tuos nō cremet flāma vicioz. P. Ad

HRēs: Rogamus vos p aduētū dñi nr̄i ihesu christi. z nr̄e congregatiōis i idipsū: vt nō cito moueami a vr̄o sensu. nec̄ terreami. nec̄ p spm̄. nec̄ per sermonē. nec̄ p epl'am tāq̄ p nos missaz. quasi instet dies dñi. Ne q̄s vos seducat vllo mō. Dm̄ nisi venerit discessio

primū. ꝛ reuelatus fuerit ho/
mo pcī filius pditionis: qui
aduersat ꝛ extollit supra om/
ne qđ dicit dr̄ aut qđ colit. ita
vt in templo dei sedeat: ostēn/
dens se tanq̄ sit dr̄us. ℣ nō re/
mēbratis. qm̄ cum adhuc essem
apud vos hec dicebā vobis:
Et nūc quid detineat scitis: vt
reuelet in suo tpe. ℣ nā mysteri
um iam operat iniq̄tatis: tātū
vt qui tenet nūc teneat. donec
de medio fiat. Et tūc reuelabi/
tur ille iniquus. quē dn̄s ie/
sus interficiet spū oris sui: et
destruet illustratione aduen/
tus sui. Tractus.

Qui regis israel intēde qui de/
cis velut ouē ioseph. ℟ Qui se/
des sup cherubin appare coram
effraim beniamin et manasse.
℟ Excita dn̄e potentiā tuā et ve/
ni vt saluos facias nos. Seqūz
℣ Anno q̄ntodecī/ Lucā.
mo imperij tyberij cesa/
ris. pcurāte pontio pilato iu/
dēā. tetrarcha autē galilee he/
rode. philippo aūt frē eius te/
trarcha ituree ꝛ trachonitidis
regionis. ꝛ lisania abilīne te/
trarcha. sub principib⁹ sacerdo
tū anna ꝛ caypha: factū ē ver
bū dn̄i sup iohem zacharie fi
liū in deserto. Et venit i oēm re/
gionē iordanis. pdicās bap
tismū pnitētie i remissionem
pcōz: sicut scriptū est in libro
sermonuz esaie pphete. Vox
clamantis in deserto: parate
viā dn̄i. rectas facite semitas
ei⁹. Oīs vallis implebit̄: ꝛ oīs
mōs ꝛ collis hūiliabit̄. Et erūt
prava i directa: ꝛ aspa i vias
planas. Et videbit oīs caro:
salutare dei. Offert.

Exulta satis filia sion pdica fi/
lia hierusalē ecce rex tuus veni
tibi sanctus et saluator. Secre.

Ecclesie tue dn̄e mūera sanc/
tifica: ꝛ concede vt per hec vene/
randa mysteria pane celesti
refici mereamur. ℣. Comū.

Exultauit vt gygas ad curren/
dam viā a summo celo egressio
ei⁹ et occursus ei⁹ vsq̄z ad summū
Q tūs dn̄e d⁹s Cōplen. eius.
noster: vt sacrosancta myste/
ria q̄ p reparationis nr̄e muni
mine cōtulisti. ꝛ pūs nobis re
mediū esse facias ꝛ futuz. ℣

VIII

MEmento nr̄i Dñica.iiij. dñe i bñplacito ꝓpuli tui visita nos in salutari tuo ad videndū in bonitate electoꝝ tuorū in letitia gētis tue vt laderis cū hereditate tua. ℣. Peccauimus cū p̄rib⁹ nr̄is. iniuste egim⁹ iniquitatem fecim⁹. Collecta.

EXcita q̄s dñe ꝓtēt̄iā tuam ꝛ veni: ꝛ magna nobis virtute succurre: vt ꝙ auxiliū gr̄e tue qđ nr̄a pcā p̄ꝓdiunt. indulgētia tue ꝓpiciationis accelereť. Qui vi. Ad phi

FRēs: Gaudete i dño sp̄: iteruꝝ dico gaudete. Modestia vr̄a nota sit oib⁹ hib⁹: dñs enī ꝓpe est. Nihil solliciti sitis sed in omni or̄one ꝛ obsecratiōe cū gr̄arū actiōe petitiōes vr̄e innotescant apud deuꝝ. Et pax dei q̄ exuperat oēm sensuꝝ: custodiat corda vr̄a ꝛ intelligētias vestras. In christo iesu dño nr̄o

℣. roꝛē dñs oib⁹ invo. Gr̄. cantib⁹ eū oib⁹ qui invocāt eū in veritate. ℣. Laudē dñi loquet̄ os meū et bñdicat omis caro nomē sanctū eius. Alla ℣. Veni dñe et noli tardare relaxa facinora plebis tue S. Johem.

IN illo t. Misert iudei ab hierosolymis sacerdotes ꝛ leuitas ad iohem: vt interrogarent eū. Tu q̄s es: Et cōfessus est: ꝛ nō negauit. Et cōfessus ē q̄a nō sū ego christ⁹. Et interrogauerūt eū. Quid ergo: Helias es tu: Et dixit. nō sū. Prophꝛa es tu: rñdit. Nō. dixerūt ergo ei. Quis es vt rōnē dem⁹ his q̄ miserūt nos: Quid dicis de teipso: Ait: Ego voꝛ clamātis i deserto. dirigite viā dñi: sicut dixit esaias ꝓpha. Et q̄ missi fuerāt: erāt ex pharisęis. Et interrogauerūt euꝝ: et dixerūt ei. Quid ergo baptizas: si tu nō es christ⁹. neq; helias. neq; ꝓpha: Rñdit eis iohānes dicēs. Ego baptizo in aqua: medius aūt vr̄m stetit quē vos nescitis. Ipse ē q̄ post me venturꝰ est. qui ante me factus est: cuius ego nō sum dignus vt soluā eius corrigiaꝝ calciamēti: Hec i bethania facta sunt trans iordanem: vbi erat iohānes baptizās. Off

Aue maria gra plena dns tecum bndicta tu i mulierib' et bndictus fruct' ventris tui. Secre.
Sacrificijs pnitibus dmie placatus intende: vt a deuotioni nre pficiat a saluti. Pdnz.
Ecce virgo cocipiet et Com. pariet filiu et vocabit nome ei' emanuel. Complenda.
Sumptis sacris munerib' dne qs. vt cu frequentatione mysterij crescat nre salutis effectus. P. Feria.iiij. L.e.b.
Charissimi: Petri apli Vnu ipt no lateat vos qa un' dies apud dnm sicut mille ani: a mille ani sicut dies un'. Nō tardat dns pmissis sed patienta agit ppt vos: nolens aliquos pire. sed omes ad pniam reuerti. Adueniet aut dies dni sicut fur. in qua celi magno impetu transirēt: elemēta vero calore soluent. Cu igit omia dissoluēda sint: quales oportet vos esse i scis cōuersatiōib' a pietatib' expectātes a ppērātes i aduētu dei. p quē celi ardētes soluent. a elementa ignis ardore tabescēt: Nouos vero celos et nouā terrā. a pmissa ipsi' expectam': in qb' iustitia habitat. Propt qd charissimi hec expectātes: satagite imaculati et inuiolati ei inueniri in pace
Ja.i.t. Vidēs S. Matth. Iohes multos phariseoz et saduceoz veniētes ad baptismū suū: dixit eis. Progenies viperarū. qs demōstrabit vobis fugere a ventura ira: Facite ergo fructū dignū penitētie. Et ne velitis dicere intra vos: pēm habem' abraam. Dico eni vobis: qm potēs est ds de lapidib' istis suscitare filios abrae. Jā eni securis ad radicē arboris posita ē. omis ergo arbor q nō facit fructu bonū excidet: a i ignē mittetur Ego qdē baptizo vos i aqua in pniam: q aut post me vēturus ē. fortior me ē. cui' non sū dign' calciamēta portare. Ipe vos baptizabit: i spūsctō et igne Cui' vētilabz i mānu sua a pmundabit aream suā a congregabit triticu in horreum suū. Paleas autem cōburet

igni inextinguibili. Feria.vi Initiū sancti euangelij scdm Ihesu christi filij dei: sicut scriptū est i ysaia pphā. Ecce mitto angelū meū añ faciē tuā: q̄ prepabit viā tuā añ te. Vox clamātis i deserto: parate viam dñi. rectas facite semitas eius. Fuit iohēs i deserto baptizās ꝛ pdicās baptismū penitētie: in remissionē pcōrū. Et egrediebaī ad illū ois iudee regio ꝛ hierosolymite uniuersi: ꝛ baptizabanī ab illo i iordane flumie cōfitētes peccata sua. Et erat iohēs vestit⁹ pilis camelī: ꝛ zona pellicea circa lūbos ei⁹. Et locustas ꝛ mel siluestre edebat: ꝛ pdicabat dicēs. Venit fortior me post me cui⁹ nō sum dign⁹ p̄cumbens soluere corrigiā calciamētoꝝ ei⁹. Ego baptizaui vos aqua ille vero baptizabit vos spiritusancto. In vigilia natalis

Odie scietis quia dñi veniet dñs et saluabit vos et mane videbitis gloriā ei⁹. ℣ Dñi est terra et plenitudo ei⁹ orbis terrarum et vniuersi qui habitant i ea. ℣ Gloria patri et fi. Sine ℣ lo. in ex.

Collecta.

Deus q̄ nos redemptiōis nr̄e ānua expectatiōe letificas: p̄sta. vt unigenitū tuū quē redemptorē letis suscipim⁹. venientē quoq; iudicē securi videam⁹. Dñm nostrū.

Lectio ysaie pphete.

Et dicit dñs de⁹. Propter sion nō tacebo. ꝛ propter hierusalē non quiescā. donec egrediat vt splēdor iust⁹ ei⁹ et saluator eius vt lāpas accendat. Et videbūt gētes iustū tuū: ꝛ cūcti reges inclytū tuū. Et vocabit tibi nomē nouū: qd̄ os dñi noiauit. Et eris corona glorie i mānu dñi: ꝛ diadema regni i mānu dei tui. Nō vocaberis vltra derelicta: ꝛ terra tua non vocabitur amplius desolata: sed vocaberis voluntas mea in ea. ꝛ terra tua inhabitabitur: quia complacuit dnō in te.

Ad Romanos.

Fratres. Paulus nos. seru⁹ ihesu christi vocatus apl's segregatus i euangeliū

dei qđ ante ꝓmiserat p ꝓphetas suos in scripturis sanctis de filio suo: qui factus est ei ex semine dauid scđm carnem. Qui ꝑdestinat⁹ est filius dei in virtute scđm spiritū sanctificationis: ex resurrectiõe mortuorũ iesu christi dñi nr̃i. P quẽ accepim⁹ gr̃am & apostolatū: ad obediẽdū fidei in oib⁹ gentibus ꝓ noie eius. In quib⁹ estis & vos vocati iesu christi domini nostri. **Graduale**

R odie scietis quia veniet dñs et saluabit vos et mane videbitis gloriã ei⁹. ℣ Qui regis isr̃l intẽde qui deducis velut ouẽ ioseph qui sedes sup cherubin appare corã effraim beniami et manasse. **Si vigilia tadit in die dñica tũc cãtabit Alla** ℣ Hodie scietis quia veniet dñs et mane videbitis gloriã ei⁹. **Scđs Matth.**

In illo tẽpore. Cũ esset desponsata mater iesu maria ioseph: antequã cõuenirẽt inuẽta est in utero habens de spũsancto. Joseph aũt vir eius cũ esset iustus et nollet eã traducere: voluit occulte dimittere eã. Hec aũt eo cogitãte: ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicẽs. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariã cõiugẽ tuã. Qđ enim in ea natũ est: de spũsancto est. Pariet aũt filium: & vocabis nomẽ ei⁹ iesum. Ipse enim saluum faciet pplm suum: a peccatis eorum. **Offert.**

Tollite portas principes vras. et eleuami porte eternales et introibit rex glorie. **Secreta.**

Da nobis qs ops deus: vt sicut adorãda filij tui natalicia pcenim⁹ sic ei⁹ mũera capiamus sempiterna gaudentes. Qui te. **Prefatio quotidia.**

R uelabit gloria dñi et Com videbit oĩs caro salutare dei nr̃i

D a nobis qs dñe **Comple.** vnigeniti filij tui recẽsita natiuitate respirare: cuius celesti misterio pascimur & potamur Deum. **Ad primã missam i**

Domin⁹ dixit gallicãtu. ad me fili⁹ me⁹ es tu ego hodie genui te. ℣ Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania. Gloria p. et fi: Gloria in excelsis **dicitur.**

X

DEus q̄ hāc sacratissimā nocte̅ veri luminis fecisti illustratiōe clarescere: da q̄s. vt cuius lucis mysteria in terra cognouim⁹. eius quoq; gaudijs in celo pfruamur. Qui tecū. **Lectio Ysaie**

HEc dicit dñs. **Aphete.** Populus gētiū q̄ ambulat i tenebris. vidit lucē magnā: habitātib⁹ in regiōe vmbre mortis. lux orta est eis: Paruulus enī nat⁹ ē nobis: filius datus ē nobis. Et fact⁹ est principat⁹ sup humerū ei⁹: et vocabit nomē eius ammirabilis. cōsiliari⁹. deus. fortis. pater futuri seculi: princeps pacis. Multiplicabit eius imperium: et pacis non erit finis. Sup soliū dauid et super regnum eius sedebit: vt cōfirmet illud et corroboret i iudicio et iustitia. Amodo et vsq; in sempiternū. **Ad Titum.**

CHarissime: Apparuit gr̄a dei saluatoris nr̄i oib⁹ hoīb⁹. erudiēs nos: vt abnegātes impietatē et secularia desideria. sobrie et iuste et pie viuam⁹ in hoc seculo. Expectātes beatā spem: et aduētū gl̄ie magni dei. et saluatoris nr̄i ie su christi. Qui dedit semetipsum p nobis: vt nos redimeret ab oi iniq̄tate. et mūdaret sibi pp̄ulū acceptabilē sectatorē bonoꝝ operū. Hec loq̄re et exhortare. In christo ihesu: dño nostro. **Graduale.**

Tecū principiū in die virtutis tue in splēdoribus sanctoꝝ ex vtero ante luciferū genui te. ℣ Dixit dñs dño meo sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ. **Alla** ℣ Dñs dixit ad me filius me⁹ es tu ego hodie genui te. **Sequentia.**

GRates nūc oēs reddam⁹ dño deo qui sua natiuitate nos liberauit de diabolica potestate. Huic oportet vt canam⁹ cū angelis semp gloria i excelsis.

Initium Scōm Lucā.

EDictū a cesare augusto: vt describeret̄ vniuersus orbis. Hec descriptio prima: facta ē a pside syrie cyrino. Et ibant oēs: vt profitere̅t singuli i suā ciuitatē. Ascēdit aūt et ioseph

a galilea de ciuitate nazareth
in iudeaz ciuitatez dauid que
vocatur bethleem. eo q̄ esſz de
domo ꝛ familia dauid: vt p̄
fiteretur cum maria despnsa
ta sibi vxore pregnante. Fac
tum ē autē cū essent ibi: imple
ti sunt dies vt pareret. Et pe-
perit filiū suū primogenitum. ꝛ
pannis cū inuoluit: ꝛ reclina-
uit eum in p̄sepio. quia non
erat ei locus in diuersorio. Et
pastores erant in regione ea-
dem vigilantes: ꝛ custodientes
vigilias noctis sup̄ gregē su-
um. Et ecce angelus dñi stetit
iuxta illos. ꝛ claritas dei circū-
fulsit illos: ꝛ timuerunt timo-
re magno. Et dixit illis ange
lus. Nolite timere. Ecce enim
euangelizo vobis gaudium
magnū. quod erit omni po-
pulo: quia natus est vobis hō
die saluator. qui est christ⁹ do-
minus in ciuitate dauid. Et
hoc vobis signū. Inuenietis
infantem pannis inuolutuz:
et positū in p̄sepio. Et subito
facta est cū angelo multitudo
milicie celestis: laudantiū deuz
et dicentiū. Gloria in altissi-
mis deo: ꝛ in terra pax hoīb⁹
bone voluntatis. C credo dr.
Letent celi et exultet ter- Off.
ra ante faciem dñi q̄m venit ℣
Cantate dño canticū nouū can-
tate dño ois terra. ℣ Cantate
dño bñdicite nomē eius bñ nun-
ciate de die in diem salutare eius
Accepta tibi sit Secreta.
dñe q̄s hodierne festiuitatis
oblatio: vt tua gratia largiē
te p hoc sacrosancta commer-
cia in illius inueniamur for-
ma in quo creū est nostra sub
stantia. Qui tecuz. Prefatio.
Quia per incarnati. Infra ac
tionem. C ōicantes ꝛ noctez
sacratissi. Cōmunio.
In splendoribus sanctorum ex
vtero ante luciferum genui te.
Qa nobis q̄sus Complen.
dñe de⁹ nr̄: vt qui natiuitatez
domini nostri iesu christi nos
frequētare gaudem⁹. dignis
cōuersationib⁹ ad eius merea
mur p̄tinere cōsortiū. Qui te
Benedicamus dño. Sine bñ
dictiōe. Deinde cantet a duo-
bus vel trib⁹ leq̄ns euāgeliū:

In noct. nat. 6 do.

XI

Dominus vobiscuz. Et cum spiritu tuo. Initiũ sancti euangelij scdm matthæum Gloria tibi domine.

Liber generatiõis ihesu christi filij dauid: filij abraam. Abraam genuit ysaac. ysaac autẽ genuit iacob. Jacob autem genuit iudam et fratres eius. Judas autem genuit phares et sara de thamar. Phares autem genuit esrom. Esrom autem genuit aram. Aram autem genuit aminadab: Aminadab autez genuit naason. Naason aũt genuit salmon. Salmon autez genuit boos ꝺ rab. Boos autẽ genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit

b

iesse. Iesse autem genuit da-
uid regem. Dauid autez rex
genuit salomonez: ex ea que
fuit vrie. Salomon autem
genuit roboam. Roboam au
tem genuit abiam. Abia au-
tem genuit asa. Asa autē ge-
nuit iosaphat. Iosaphat āt
genuit ioram. Joram autez
genuit oziam. Ozias autem
genuit ioathan. Joathā au
tem genuit achas. Achas
autem genuit ezechiam: Eze-
chias autem genuit manas-
sen. Manasses autem genu-
it amon. Amon autem genu
it iosiam. Iosias autem ge-
nuit iechoniam ⁊ fratres eius
in transmigratione babylo-
nis. Et post transmigratio-

nem babylonis: iechonias ge
nuit salathiel. Salathiel au
tem genuit zorobabel. S o
robabel autez genuit abyud
Abyud aũt genuit eliachim
Eliachim autez genuit asor.
Asor autem genuit sadoch:
Sadoch autẽ genuit achim.
Achim autem genuit eliud.
Eliud autem genuit eleazar

Eleazar autem genuit ma
than: Mathan autem genu
it iacob. Jacob autez genuit
ioseph: viz marie: D e qua
natus est iesus: qui vocatur
christus. Post euangeliũ
sequitur T. e deum laudam⁹
Deinde lauꝺes quibus fini
tis. Et cantato Benedicamus
dño. D eo gratias. Sequitur
ter antiphona Ad.
D um medium silentiũ teneret
omnia et nox in suo cursu iter p
ageret omnipotẽs sermo tu⁹ do
mine a regalibus sedibus venit
alleluia. ℣ Speciosus forma
pre filiis hominũ. diffusa est gra
cia i labiis tuis. Orem⁹. Coll.

DEus qui ꝑ b̄te marie
virginis partū sine hu-
mana concupiscētia procrea-
tum. in filij tui membra veni
entes paternis fecisti preiudi
cijs non teneri: presta quesu-
mus. vt huius creature noui
tate suscepta. vetustatis antiq̄
contagijs exuamur. ℞ eun-
dem christum dñm nostrum.

℣ Ad secundam missam in or-
tu diei Introitus.

LUx fulgebit hodie super
nos quia natus est nobis domi
nus et vocabit' ammirabilis de
us princeps pacis pater futuri se-
culi cuius regni nō erit finis. ℣
Dominus regnauit decorem in
dutus est. induitus est dñs fortī-
tudinem et precinxit se virtute.

℣ Ad nobis quesu- Colle.
mus omnipotēs deus:
vt qui noua incarnati verbi
tui luce ꝑfundimur: hoc in no
stro resplendeat opere. quod
per fidez fulget in mēte. ℣ Alia
℣ Ad quesumus collecta.
Omnipotens deus: vt q̄
b̄te anastasie virgis et mar
tyris tue solemnia colim⁹: eius
apud te patrocinia sentia m⁹
℞ dñm no. Lectio Esaie pro
HEt dicit dñs. Spi- phete
ritus dñi super me: eo q̄
unxerit me. ℣ Ad annūciandū
mansuetis misit me: vt mede-
rer contritos corde. et predica
rem captiuis indulgentiā. et
clausis apertionē. Vt predi-
carem annū placabilem dño
et diem vltiōis deo nr̄o: vt cō-
solarer omnes lugentes. et po
nerem fortitudinē lugentib⁹
sion: et darem eis coronā pro
cinere: oleum gaudij pro lu-
ctu. pallium laudis pro spiri
tu meroris. Et vocabunt̄ i ea
fortes iustitie: plātatio domi-
ni ad glorificandū. Ecce dñs
auditum fecit: in extremis ter
re. Dicite filie sion. ecce salua-
tor tu⁹ venit: ecce merces eius
cum eo. et opus illius coram
illo. Et vocabūt eos ꝑpulus
sanctus: redempti a dño deo
nostro. ℣ Ad Titum.
Charissime. Apparuit
benignitas et humanitas sal
uatoris nostri dei. Nō ex op-
ribus iustitie que fecim⁹ nos:

sed secm suam misericordiaz
saluos nos fecit. Per lauacz
regenerationis z renouationis
spiritussancti. quem effudit i
nos habunde per iesum chri-
stum saluatorez nostrum: vt
iustificati gratia ipsius. hxre-
des simus secm spem vite eter
ne. In christo iesu: dño nro.

Benedicꝫ qui venit i noie Gz
dñi deus dominus et illuxit no
bis. ℣ A dño factum est et est
mirabile in oculis nostris.

Alleluia. ℣ Dñs regnauit de
corem induit. induit dñs fortitu-
dinem et precinxit se virtute.

Qya recolamꝫ Sequentia
laudibꝫ piis digna. Hui
diei carmina, in qua nobis lux
oritur gratissima. Noctis inte-
rit nebula pereunt nostri crimis
vmbracula. Hodie seculo ma-
ris stella est enixa noue salutis
gaudia. Quem tremũt barat-
ra mors cruenta pauet ipsa a
quo peribit mortua. Gemit ca-
pta pestis antiqua coluber liui-
dus perdit spolia. Homo lap-
sus ouis abducta reuocatur ad
eterna gaudia. Gaudẽt in hac
die agmina angeloruz celestia.
Quia erat drachma decima p
dita et est inuenta. Oculpa ni-
miũ beata qua redempta est na
tura. Deus qui creauit oia na
scitur ex femina. Mirabilis na-
tura mirifice induta assumens
quod non erat manens qđ erat
Induitur natura diuinitas hu-
mana quis audiuit talia dic ro-
go facta. Querere venerat pa
stor pius quod perierat. Induit
galeam certat vt miles armatu
ra. Prostratus i sua propria
ruit hostis spicula au ferunt tela
In quibus fidebat diuisa sunt
illi spolia capta pda sua. Chri-
sti pugna fortissima salus nra e
vera. Qui nos suam ad patri-
am duxit post victoriaz. In qua
sibi laus est eterna. S Lucam

In illo tempre. Pasto
res loquebant adinui
cem. Transeamus vsqz bethl-
leem: z videamꝫ hoc verbũ qđ
factum est. quod dñs ostẽdit
nobis. Et venerũt festinãtes
et inuenerũt mariam z ioseph
et infantez positum in plepio.
Videntes autem: cognouerũt

de verbo qđ dictū erat illis de puero ihc. Et oēs q̄ audierūt mirati sunt: ⁊ de his que dicta erāt a pastoribus ad ipsos. Maria aūt conseruabat oia verba hec: cōferēs i corde suo. Et reuersi sūt pastores glorificātes ⁊ laudātes deū: in omnib⁹ q̄ audierāt ⁊ viderant: sicut dictū est ad illos. ℂ redo. dicitur Offertorium.

Deus cui firmauit orbez terre qui nō cōmouebit parata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es.

Munera nra q̄s Secreta. dñe natiuitatis hodierne mysterijs apta pueniāt: vt sicut hō genit⁹. idē refulsit deus. sic nobis hec terrena substantia cōferat qđ diuinū est. Alia se

Accipe q̄s dñe munera dignāt oblata: ⁊ btē anastasie suffragantib⁹ meritis. ad nre salutis auxiliū pueni re cōcede. ℣ dñz. Prefatio. Quia p incarna. Infra actionem. ℂ cōitātes ⁊ die sa. Cō.

Exulta filia sion lauda filia hierusalē ecce rex tuus venit sctus et saluator mundi. Complenda

Huius nos dñe sacramenti mysterio semper nouitas natalis instauret: cuius natiuitas singularis humanā rep pulit vetustatem. Alia com-

Sanasti domine famplenda miliam tuaz muneribus sacris: eius quesumus semper intercessione nos refoue cuius solennia celebramus. ℣ Finito Benedicamus domino. et Deo gratias. Sine benedictione cantatur hec antiphona. Alū. Completi sunt dies marie vt parreret filium suum primogenitū. ℣ Post partum virgo inuiolata pmansisti. Dei genitrix intercede pro nobis

Deus qui salu- Collecta. tis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi premia prestitisti. tribue quesumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus per quam meruimus auctorem vite suscipere. Christum dominum nostrum. Alme Deinde placeat tibi sancta Dei eccl. In pzmcipio hō de gic

Ad summam missam in die natalis domini. Introitus.

In die nat⁹

XIIII

Uer natus est nobis et filius dat⁹ est nobis cui⁹ imperiū super humerū eius et vocabit nomen eius magni consilii angelus. ℣ Cantate dño canticū nouū quia mirabilia fecit. ℟ Gloria patri.

Oncede q̄s oīps Collect. de⁹: vt nos vnigeniti tui noua per carnez natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. ℞ e.

Hec collecta cum suis Secret. et Compl. addenda est infra octauam in singulis missis.

Lectio Ysaie prophete.

Et dicit dñs. Propterea sciet ppulus meus nomē meū in die illa: q̄a ego ipse q̄ loquebar ecce assum. Quam pulchri supra montes pedes annūciātis bonū predicāntis salutē dicētis. Sion regnabit deus tuus. Vox speculatorū tuorū. Leuauerūt vocē. simul laudabūt: q̄a oculo ad oculū videbūt. cū conuerterit dñs Sion. Gaudete ⁊ laudate simul deserta hierusalē: q̄a cōsolat⁹ est dñs ppl'm suū. redemit hierusalē. Parauit dñs brachium sanctū suū: in oculis omniū gentiū. Et videbūt oēs fines terre: salutare dei nostri.

Fratres. Ad Hebreos.

Multiphariā multisq; modis olim d̄s loquēs p̄rib⁹ in pphetis: nouissime diebus istis locut⁹ ē nobis ī filio quē constituit hēredē vniuersorū. p quē fecit ⁊ secula. Qui cū sit splēdor glorie ⁊ figura substātie ei⁹. portāsq; oia verbo virtutis sue. purgationē peccatorū faciēs: sedet ad dexterā maiestatis i excelsis: tanto melior angelis effect⁹. q̄nto differētiⁿ p illis nomē hēreditauit. Cui eni dixit aliq̄n angelox filius me⁹ es tu ego hodie genui te? Et rursum. Ego ero illi in patrem: ⁊ ipse erit mihi i filium. Et cū iterū introducit primogenitū in orbē terre dicit. Et adorēt eū omēs angeli dei. Et ad angelos q̄dē dicit. Qui facit angelos suos spūs: ⁊ mini-

stros suos flāmā ignis. Ad filiū aūt. Thron' tu' ds i seculū seculi. Virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiā 7 odisti iniquitatē: propterea unxit te deus ds tu' oleo exultationis. p̄ p̄tici pib' tuis. Et tu i principio dñe terrā fūdasti: 7 opa manuū tuarū sūt celi. Ipsi pibunt: tu aūt permanebis. Et oēs ut vestimētum veterascent: 7 velut amictū mutabis eos 7 mutabunt. Tu aūt idē ipse es: 7 anni tui non deficient. Gz

Ubi dēt oēs fines terre salutare dei nr̄i iubilate deo ois terra. ℣ Notū fecit dñs salutare suū ante cōspectū gētiū revelavit iustitiam suā. Alla. ℣ Dies sanctificatus illuxit nobis venite gētes et adorate dñm quia hodie descēdit lux magna sup̄ t̄rā. Seqn.

Natus ante secla dei fili' tui sibilis interminī. Per quē fit machina celi et terre maris et i his degentū. Per quez dies et hore labāt et se itez̄ reciprocāt. Quē angeli i arce poli voce cōsona sp̄ canūt. Hic corpus assūpserat fragile sine labe originali crimis d̄ carne marie virginis quo primi p̄ntis culpā eue q̄z lasciuiaz̄ tergeret. Hoc p̄fs dicta loquit̄ plucida adaucta lōgitudie q̄d sol ver' radio sui luis vetustas mūdi depulerit getnit' tenebras. Nec nox vacat noui sideris luce q̄d magoz̄ oculos terruit sciol. Nec gregū mgr̄is defuit lumē quos p̄strixit claritas miliū dei. Laude dei gētrix quā circūstāt obstetricū vice cōtinētes āgeli gliaz̄ do. Christe p̄fis unice qui hūanaz̄ nr̄i cā formaz̄ assūpsisti refoue supplices tuos. Et quoz̄ p̄cipē te fore dignat' es ieiu digāter eoz̄ suscipe p̄ces. Ut ipsos dinitatis tue p̄cipes deus facere digneris unice dei. Jnicū scī euāgelī

In principio Secm Joh. erat verbū. Et verbū erat apud deū: 7 ds erat verbum. Hoc erat i principio apud deū Omia p̄ ipsū facta sūt: 7 sine ipso factū est nihil. Quod factuz̄ ē i ipso vita erat. Et vita erat lux hominū: 7 lux i tenebris lucet. 7 tenebre eā nō cōprehēderūt. Fuit hō missus a do: cui

nomẽ erat iohãnes. Hic vẽit in testimoiũ vt testioniũ pr̃hiberet de lumie: vt oẽs crederẽt p illũ. Nõ erat ille lux: sz vt testioniũ phiberet d luie. Erat lux vera: q̃ illũiat oẽz hiez veniẽtẽ in hũc mũdũ. In mũdo erat. z mũdus p ipsum fact' ẽ et mũd' eũ non cognouit. In pria vẽit. z sui eũ nõ receperũt Quotquot aũt receperũt eũ: dedit eis ptãtẽ filios dei fieri. hiſ q̃ credũt in noie ei'. Qui nõ ex sanguinib'. neq; ex volũtate carnis. neq; ex volũtate viri: sz ex do nati sunt. Et verbũ caro factũ ẽ. z hitauit in nobis. et vidim' gl'iaz ei': gl'iam quasi vnigẽiti a pr̃e. Plenũ gr̃a et V. ui sũt celi et Off veritate. tua ẽ terra orbẽ terraz et plẽitudinẽ ei' tu fũdasti iustitia et iudiciũ pparatio sedis tue. Secreta. Oblata dñe mũera noua vnigeniti tui natitate lrificta: nosq; a pcõz nr̃oz maculis emũda. Per eum. Prefatio. Dominũ p icar. et tenet vsq; epy phãie. Infra actionẽ. Cõfitẽtes z diẽ sacratissi. Com.

Videñt oẽs fines terre salutare dei nr̃i. ptẽs ds: vt nat' hodie saluator mũdi. sicut dixit nobis generatiõis ẽ auctor: ita z immortalitatis sit ipe largitor. Qui tecũ vi. I te missa ẽ. cũ bñedc. De scõ Stephano pthomar

Astabant principes tyri et aduersũ me loquebãt et ũqui plecuti sũt me adiuua me dñe ds me' quia seru' tu' exercebat in tuis iustificationibus. Ps Bti immaculati i via qui ãbulãt i lege dñi Oda nobis q̃s Col. dñe imitari qd colim' vt discam' z iimicos diligere. qa ei' natalitia celebram'. q̃ nouit etiã p plecutorib' exorare Dñm. Alia erit de natiuita. In diebꝫ Lectio actuũ apl'oz: ill'. Stephan' plen' gr̃a z fortitudie: faciebat pdigia z signa magna i pplo. Surrexerũt aũt q̃dã de synagoga q̃ appellat' libertioz. z cyrenẽsiũ. z alexandrinoz z coz q̃ erãt a cilicia z asia disputãtes cum stephano: z nõ poterant resistere sapie z spũi q̃ loqbat. Audiẽ

tes ãt hẏt: diſſectabãt cordib⁹ ſuis. ⁊ ſtridebãt dẽtib⁹ i eũ. cũ ãt eẽt ſtephan⁹ plen⁹ ſpũſcõ: in tẽdẽs i celũ vidit gl̃iaz dei. ⁊ ieſuz ſtãtẽ a dexẽs ⁊ ait. Ecce video celos aptos: ⁊ filiũ hois ſtãtẽ a dexẽs virtutis dei. Exclamãtes ãt voce magna cõtinuerũt aures ſuas: ⁊ ipetũ fecerũt vn animiter in eũ. Et ejicientes eũ extra ciuitatez: lapidabãt. Et teſtes dep̃ſuerũt veſtimẽta ſua ſec⁹ pedes adoleſcẽtis q̃ vocabat ſaul⁹: ⁊ lapidabant ſtephanũ inuocãtẽ ⁊ dicẽtẽ. dñe ieſu: accipe ſpm̃ meũ. Poſitis ãt genib⁹: clamauit voce magna dicẽs. Dñe: ne ſtatuas illis hoc pcm̃. Et cũ hoc dixiſſet: obdormiuit i dño. **Grad.**

S edeũt principes et aduerſũ me loquebãt et iniqui pſecuti ſũt me. ℣ Adiuua me dñe ds me⁹ ſaluũ me fac propt̃ miſericordiã tuam. ℟ lla. ℣ Video celos aptos et ieſũ ſtãtẽ a dexẽs virtutis dei. **Sequentia.**

Hanc concordi famulam⁹ ſolẽnitatẽ victoris illi⁹ exẽplo docti benigno ro pſecutoz pcãtis fraude ſuorum

O ſtephãe ſignifer ſũmi regis nos exaudi. P roficue qui es pro nuis exaudit⁹ ĩmicis P aulus nuis pcib⁹ ſtephãe te quõdaz pſecut⁹ xp̃o credit E t ecclã tripudiat i regno cui null⁹ pſecutor appropiquat O os proinde nos ſupplices ad te clamãtes et pcibus pulſãtes O ro ſaiſſima noſtra ſp cõciliet do nro T. e petrus xp̃i miſtz ſtauit T. u petro normã credẽdi aſtruis ad dexterã ſũmi pncis oñdẽdo quẽ plebs furẽs crucifixit T. e ſibi xp̃s elegit ſtephane P er quez fideles ſuos corroboret ſe tibi inf rotat⁹ faxo rũ ſolatio mãifeſtãs O ũc inter indytas martyz purpuras choruſcas coronat⁹. S ℣ Matthẽũ

℣.i.t. Dicebat ieſus turbis iudeoz: ⁊ pncipib⁹ ſacerdotũ. Ecce ego mitto ad vos pphas ⁊ ſapiẽtes ⁊ ſcribas. ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifigetis. ⁊ ex illis flagellabitis i ſynagogis vris: et pſequmi de ciuitate i ciuitatez vt veniat ſup vos oĩs ſanguis iuſt⁹ q̃ effuſus ẽ ſup terrã a ſanguie abel iuſti vſq; ad ſangui

nē zacharie filij barachie quē occidistis inc tēplu3 a altare. Amē dico vobis: venient hec oia sup gnationē istā. Hierl'z hierl'z q occidil pphas a lapidas eos q ad te missi sūt: quoties volui cōgregare filios tuos quēadmodū gallia cōgregat pullos suos sub alas a noluisti. Ecce relinq'tur vobis dom' vra deserta. Dico enī vobis: nō me videbitis amodo donec dicatis. Bñdict' q vēit in noīe dñi

℣ legert apl's stephanū le Off. uitā plenū fide et spūsco quē lapidauert iudei orāte et dicētem. dñe ihesu accipe spm̄ meū al. Se

Orata tibi sint dñe merita deuotionis hodierne: q beati stephani pthomartis tui cōmēoratio gliosa deprimit. Pp. Alia de natiuitate. Prefatio de natiuitate. Comñ.

Ideo celos aplos et ihesū stātē a dextris virtutis dei. dñe ihesu accipe spm̄ meū et ne stetuas illi hoc pcm̄ quia nesciūt quid faciunt..

Auxiliet nobis dñe Cōpl. sūpta misteria a intercedēte beato stephano pthomarte tuo semp̄itna nos ptectione cōfirmēt. Alia d' nat. De scō Jo. euā.

In medio ecclie aperuit os ei' et implenit eū dns spūs sapie et intellect' stola glie douit eū ps Bonū e cōfiteri dño et psallere noi tuo al.

Exultet tua Coll. ctissime. dñe benignus illustra: ut beati iohis apli a euāgeliste illūiata doctrinis ad dna pueniat sempitna. p. Alia d' nat.

Qui timet le. li. Sap. deū: faciet bona. Et q cōtinēs e iustitie apprehēdet illā et obuiabit illi quasi mat honorificata. Cibauit illū pane vite a intellect': a aqua sapie salutaris potabit illū. Et firmabit in illo a nō flectet. a cōtinebit illū a nō cōfundet: a exaltabit illū apud pximos suos. In medio ecclie aperiet os eius: a implebit eū spū sapiētie et intellectus. stola glorie induet eum. Jocūditatem a exultationez: thesaurisabit sup eū Et noie eterno hereditabit illū: Dns de' noster. Graduat.

Exiit sermo inc frēs q' discipul' ille nō morit. ℣ Sz sic eū volo

manere donec veniaz tu me se/
quere. A lla. ℣ Hic ē dīscīp's
ille qui testioniū phibet de his et
scīm⁹ quia vez ē testioniū eius.
IOhānes ieſu chri/ Seqn.
ſto mlt̄ū dilecte virgo. T. u
ei⁹ amore carnalē. I n naui pa
trē liquisti. T. u leue cōiugiſ pe
cus respuisti messiā secut⁹. T. t
ei⁹ pectoris sacra meruisses fluē/
ta potare. T. uqz i terra positus
gl̄iaz cōſpexisti filii dei. O. ue so/
lū scis i vita credit cōtuēda eē p/
hēni. T. e christ⁹ i cruce trium/
phans mr̄i sue dedit custodem.
T. t virgo virginez seruare sat qz
curā suppeditares. T. u d̄ car/
cere flagrisqz fract⁹ testionio pro
christi es gauisus. I dē mortu/
os suscitas inqz ieſu noie vene/
nū forte vicis. T. ibi sūm⁹ tacī/
nū ceteris verbū suuz p̄ reuelat.
T. u nos oēs p̄ab⁹ sedul' apud
deū sp cōmēda. I ohānes chri
ſti.i.t.Di.ie. S. Jo/ sti chare
petro. Seqre me. C̄ōuersus pe/
tr⁹. vidit illū discipulū quē di/
ligebat ieſus seqntē: q̄ i recu/
buit i cena sup pect⁹ eius i dixit
dñe q̄s ē q̄ tradet te. Hūc ergo
cū vidisz petr⁹: dixit ieſu. Dñe
h aūt q̄d: Dicit ei ieſus. Sic
cū volo manere donec veniaz
q̄d ad te: tu seqre me. Exiuit
ergo ſmo iſte inc frēs: q̄a discī
pul⁹ ille nō moriē. Et nō dixit
ei ieſus q̄a nō moriē: sz sic euz
volo manere donec veniā q̄d
ad te. Hic ē discīp's ille q̄ testi/
moniū phibet d̄ his: i scripsit
hec. Et scīm⁹ q̄a vez ē testioniū
I usti⁹ vt palma flo/ Off eius.
rebit sicut cedrus que i libano ē
multiplicabitur. Secreta.
Suscipe dñe mūera q̄ in ei⁹
tibi solēnitate deferim⁹: cuius
nos cōfidim⁹ p̄otinio libera
ri. ℣. Prefatio d̄ natiuitate
Exiit sermo inc frēs qd Comm.
discīp's ille nō moriē. et nō dixit
ieſus nō moriē sz sic eū volo ma/
nere donec veniā. Complen.
R efecti cibo potuq̄ celesti deus
nr̄ te supplices deprecamur: vt i
cui⁹ hec cōmemoratiōe pcepi/
mus ei⁹ mūiamur i p̄ab⁹. ℣.
Bñdictio vino in die scī ioh.
IN fine misse p⁹ euangeliū
scī iohis I n principio di
cit ps Dñs regit me. 6 ha

pri. Kyrie eleison. Christe elei
son. Kyrie eleison. Pater nr.
Et ne nos. Salvos fac servos
tuos. Mitte eis auxiliū de scō
Nihil proficiat inimic⁹ i eis. Et
si morā ferū quid biberint: nō eis no
cebit. Dñe exaudi orōnē meā

Domine sctē pr oi- Orō.
potēs etne ds ꝙ filiū tu-
um tibi coetnū ⁊ cōsubstātia-
lē d' cel' delectēdere. ⁊ d' sacratissi-
ma virgie maria i hoc tpe ple-
nitudis ī carnari tpaliē volui
sti: vt ouē pditā ⁊ errātē que-
reret. ⁊ i hūeris ꝓpriis ad ouī-
le reportaret nemō vt cū ꝙ la-
trones īcidit a vulnerꝫ suorū
dolore. infūdēs ipsis vinū e.
oleū curaret. bñ ✠ dic ⁊ sanc-
ti ✠ fica hoc vinū. qđ debit
te i pcūm hoim pduxisti ⁊ pra:
vt ꝙscūqꝫ ī hac sacra solēnitate
de eo sūpserit vel biberit salu-
tē aie ⁊ corpis cōsequat': ⁊ si i
pegrinatiōe fuerit ab eodem
tua gra mediāte cōfortet: vt
via ei⁹ in oi ꝓspitate dirigat.

Domine iesu Filia Deū.
christe ꝙ te vitē veraꝫ. et
sctōs apostos tuos palmites
appellari voluisti: ⁊ de oīb⁹ te
diligētib⁹ vineā electā plāta-
re voluisti. bñ ✠ dic hoc vi-
nū. ⁊ virtutē ei tue bñdictiōis
infūde: vt ꝙcūqꝫ i honore ⁊ me
moria hui⁹ dilecti discipli tui
iohis apli ⁊ euāgeliste sūpse-
rit vel biberit. singul' morbis
et venenis pestiferis effugatis
sanitatē inde corpis ⁊ aīe cō-
sequat'. Qui. Filia.

Deus ꝙ hūano generi
panē in cibū. ⁊ vinū in potuꝫ
preparasti vt panis corp⁹ cōfor
taret. ⁊ vinū cor hoīs letificā-
ret: quicqꝫ bto iohāni p̄dilecto
discipulo tuo tantam gratiā
cōtulisti. vt non solū haustuꝫ
veneni illesus euaderet: sed eti
am i tua virtute veneno pro-
stratos a morte resuscitaret:
p̄sta oīb⁹ hoc vinū bibētib⁹ vt
spūalē letitiā ⁊ vitā cōsequi me-
reant' eternā. Per dñm nostrū

De Innocentib⁹ Inc.

Ex ore infantiū ds et lactē
tiū perfecisti laudē propter īmicos
tuos. ℣ Dñe dns nr quā admi
rabile e nomen tuū in vniuersa
terra. ℟ Ex ore. Notādum qꝫ

nō dr G loria pri nec G lia i excelsis. nec A lla. S; L. aul tibi christe loco alla. nec I te missa ē sed B ñdicamus dño: Misi venerit i dñica. Que tamē oia tenēt in octaua. Coll.

DEus cui' hodierna die p̄ conīū innocētes martyres nō loquēdo sed moriendo cōfessi sunt: oia i nobis vicio rū mala mortifica: vt fidē tuam quaz lingua nr̄a loquit: etiā moribꝰ vita fateat. ℣ Ad te collectam de natiuitate Lectio libri apocalypsis beati Johānis apli.

IN diebus illis. Vidi supra mōtem sion agnū stātē: et cū eo centū quadragita quattuor milia. hītes nomē eiꝰ et nomen p̄ris eiꝰ scriptū in frōtibꝰ suis Et audiui vocē de celo tanq̄ vocē aquarū multarū: et tanq̄ vocē tonitrui magni. Et vocē quā audiui: sicut citharedoz citharizantiū in citharis suis. Et cātabāt quasi canticū nouum añ sedē dei: et añ quattuor aialia et seniores. Et nemo poterat dicere canticū: nisi illa centum quadragita quattuor milia qui empti sunt de terra. Hi sunt q̄ cū mulieribꝰ nō sūt coinq̄nati: virgines eni sūt. Hi sequūt agnū: quocunq̄ ierit. Hi empti sunt ex hoīb': primicie deo et agno. Et in ore ipsoz nō est inuētū mēdaciū. Sine macula sunt: añ thronū dei.

ANima nr̄a sicut passer Gz erepta ē de laqueo venātiū. ℣ Laqueꝰ cōtritꝰ est et nos liberati sumꝰ. adiutoriū nr̄m i noie dñi. qui fecit celū et terrā. L aus tibi christe. ℣ Te martyrū cādidatꝰ laudat exercitꝰ dñe. Sequn.

LAus tibi christe. Qui sapit qđ videt ceteris eē surdastrū. K amulatu cuiꝰ ois cōpetit sexꝰ et etas. R ecētes atq̄ teneri milites herodiano ense cruciadi te hodie p̄dicauerunt. L icet nec dū posset lingula effusiōe cū te christe sui sanguinis predicari sunt. L ac tuz cruore fundētes ad deum clamitauerūt Vox pupilli quem gena miseret et īnocentis. Quis athletarum fortissimus vnquam. Exercitibus tantaz christe suis contulit

victoriam. Quantam vagiens coeunlis tuis. Tu prestitisti mittens eos celum regnaturos perpetim. O christi precones dari floreisq martyrum chorusci. E t confessorum insignes gemmule sanctorum. A tq sterilium i mundo virginū. E lari filioli dulces pusioli nos iuuate pāb'. Q uos christus innocentem mortez vestram miserans. P ro sese maturatam placidus exaudiens. D os regno suo dignetur.

In illo Secūm Matthеum tempore. Angelus domini apparuit in somnis ioseph dicens. Surge ⁊ accipe puerum et matrem eius ⁊ fuge in egyptum: ⁊ esto ibi vsq dum dicam tibi. Futurum est enī: vt herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum ⁊ matrē eius nocte ⁊ secessit in egyptū et erat ibi vsq ad obitum herodis: vt adimpleret qđ dictum est a dño per propheta dicentem. Ex egypto vocaui filium meum. Tunc herodes videns quoniam illusus est a magis: iratus est valde. Et mittens occidit omēs pueros qui erant i bethleem ⁊ in omnibus finibus eius a bimatu ⁊ infra: secūm tempus qđ exquisierat a magis. Tūc adimpletū est: quod dictum est per hieremiā prophetam dicētem. Vox in rama audita ē. ploratus ⁊ vlulatus multus rachel plorans filios suos. Et noluit consolari: quia nō sūt. A nima nostra sicut passer eripta est de laqueo venantium laqueus contritus est et nos liberati sumus. Secreta. Offe.

Adesto dñe muneribus innocentum festiuitate sacrandis. ⁊ presta quesumus: vt eorum sinceritatem postim' imitari. quoruz tibi dicatam veneramur infanciā. P. Cōm U. ox in rama audita est plorans et vlulatus rachel plorans filios suos noluit consolari quia non sunt. Complenda. U otiua domine dona percepimus: que sanctorum nobis precibus ⁊ presentis quesumus vite pariter ⁊ eterne tri-

bue conferre subsidiū. ℞ dñ.
Ista missa semper tenetur sexta die a natiuitate dñi.

DDñica infra octauas
Dum medium silentiū tenerent oia et nox i suo cursu medium iter haberet omnipotēs sermo tuus domine ḋ celis a regalibus sedibus venit. ℟ Dominus regnauit decorem indutus est.indutus est dominus fortitudinem et p̄cinxit se virtute. Gloria in excelsis et Ite missa est dicuntur. Collecta.

OMnipotēs sempiterne deus dirige actus nostros i beneplacito tuo.vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus habundare. ℞ e.
Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad Galathas:

FRatres. Quanto tēpore heres paruulus ē.nihil differt a seruo cum sit dominus omniū:sed sub tutoribus et actoribus est usq; ad prefinitum tempus a patre. Ita et nos cum essem⁹ paruuli: sub elementis huius mundi eramus seruientes.At vbi venit plenitudo temporis: misit deꝰ filium suū factum ex muliere factuꝫ sub lege:vt eos qui sub lege erāt redimeret.vt adoptionē filioꝝ dei recipem⁹. Quoniam autem estis filij dei:misit deus spiritum filij sui i corda nostra clamantem abba pater:Itaq; iam non est seruus:sed filius.Ḋ si filius:et heres per deum. Graduale.

SPeciosus forma pre filiis hominū diffusa est gratia in labiis tuis. ℣ Eructauit cor meū verbum bonū dico ego opera mea regi lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Alleluia. ℣ Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. Scdm Lucam.

IN illo tempe.Erat ioseph et maria mater iesu mirantes super his que dicebant de illo.Et benedixit illis symeon:et dixit ad mariam matrem eius.Ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum in israel:et in signum cui contradicetur.Et tuaꝫ ipsius animā pertransibit gladi⁹:

vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna pphetissa filia phanuel: de tribu aser. Hec processerat in diebus multis: et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua Et hec vidua erat vsq; ad ānos octogintaquatuor: que non discedebat a templo ieiuniis et obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hec ipsa hora superueniēs cōfitebat domino: et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionē hierusalē. Et vt perfecerunt oia secm legem domini: reuersi sunt in galileam in ciuitatē suam nazareth. Puer autem crescebat et confortabatur: plen' sapiētia. Et gratia dei: erat in illo. Credo vr. Deus enim firmauit orbem terre qui non cōmouebitur parata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Secreta.

Concede quesumus dñe. vt oblatum tue maiestatis munus oblatum. et gratiam nobis deuotionis obtineat. et effectum beate perhennitatis ac quirat. Per dñm nrm. Com. Tolle puerum et matrem eius et vade in terram iuda defuncti sunt enim qui querebāt aiam pueri Per huius dñe Complem: operationem mysterij et vicia nostra purgentur: et iusta desideria compleantur. Per dñm. In circūcisione dñi Introit'

Puer natus est nobis et filius datus est nobis cuius imperiū sup humerum eius et vocabitur nomen eius magni consilii angel'. ℣ Cantate domino canticū nouum quia mirabilia fecit. Coll'.

Deus qui nobis pati salvatoris diem celebrare concedis octauum: fac nos q̄ sumus eius perpetua diuinitate muniri: cui' sum' carnali cōmercio repati. Qui tecū.

Deus qui salutis Missa eterne beate marie virginitat fecunda humano generi premia prestitisti: tribue quesumus. vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus. p quam meruimus auctorem vite suscipere. Dñm nostrum

Ista collecta dicatur vsq; purificationis. Ad Galathas

Fratres. Dri'q; veniret fides sub lege custodiebamur: conclusi in eam fidez que revelãda erat. Itaq; lex pedagogus noster fuit i christo: vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides: iam non sum' sub pedagogo. Omnes enim filij dei estis: per fidem in christo iesu. Quicunq; enī in christo baptisati estis: christū induistis. Non est iudeus neq; grecus. non est seruus neq; liber: non est masculus neq; femina. Omnes enī vos vnuz estis: in christo iesu. Si autez vos christi: ergo abraam semen estis. scdm promissionē hȳredes. Dico autem. Quanto tempore hȳres paruulus ē. nihil differt a seruo cuz sit dominus omniū: sed sub tutoribus ⁊ actoribus est vsq; ad p̄ finitū tempus a patre. Gz. Uiderunt omes fines terre salutare dei nr̄i iubilate deo omis terra. ℣ Notum fecit domin' saluare suū ante conspectū gentium reuelauit iustitiam suam.

Alleluia. ℣ Dies sanctificat' illuxit nobis venite gentes et adorate dñm quia hodie descēdit lux magna sup terrā. S. Lucā

In illo tempore. Postq; consummati sunt dies octo. vt circūciderent puer: vocatum ē nomen eius iesus. Quod vocatum ē ab angelo. Priusq; in vtero concip̄eret. Offerto.

Tui sunt celi et tua est terra orbem terrarum et plenitudinē eius tu fundasti iusticia et iudiciuz preparatio sedis tue. Secreta

Presta quesumus domine vt per hec munera que dñi nostri iesu christi archane natiuitatis mysterio gerim'. purificate mentis intelligentiaz consequamur. P̄ c. Alia

Muneribus nostris quesumus domine precibusq; susceptis intercedente beata dei genitrice maria celestibus nos munda mysterijs. ⁊ clemēs exaudi. P̄ eūdem. Prefatio de natiuitate. Comī.

Uiderunt omes fines terre salutare dei nostri.

Presta quesum⁹ Complem. domine vt qđ saluatoris nostri itĕrata solennitate percepimus: perpetue nobis redemptionis conferat medicinam Oa nobis que- Alia Dc. sumus domine deus noster: vt qui natiuitatez dñi nostri ihesu christi. nos frequentare gaudemus. dignis conuersationib⁹ ad eius merceamur pertinere consortium. Qui tecū.

In vigila Epyphanie Inc.

LUx fulgebit hodie super nos quia natus ē nobis dominus et vocabitur āmirabilis deus princeps pacis pater futuri seculi cuius regni non erit finis. ℟ Domin⁹ regnauit decorem indutus est. indutus est dñs fortitudinem et precinxit se virtute. Gloria in excelsis dicitur.

ORda nostra Collecta. quesumus domine veniture festiuitatis splendor illustret: quo mundi huius tenebris carere possimus: et peruenire ad patriā claritatis eterne valeamus. Lectio epistole beati pauli apli. Ad Roñ.

FRatres. Scimus quoniam quecunqz lex loquitur. his qui in lege sunt loquitur: vt omne os obstruatur. et subditus fiat omnis mūdus dō. quia ex operib⁹ legis nō iustificabit omnis caro corā illo. Per legem enī cognitio peccati. Nunc autem sine lege iusticia dei manifestata est: testificata a lege et pphetis. Justicia autem dei per fidem ihesu christi in omnes et super omēs qui credunt in eum. Non enī est distinctio. Omnes enī peccauerunt et egent gloria dei. Justificati gratis p gratiaz ipsius. per redemptionez fidei que est in christo ihesu: quez proposuit deus ppiciatorez per fidem in sanguīe ipsi⁹. ad ostēsionem iusticie sue. propter remissionem precedentiū delictorum: in sustentationez dei. ad ostensionem iusticie eius. in hoc tempore. Vt sit ipse iust⁹ et iustificans eum. qui ex fide est dñi nostri ihesu christi. ℣ ℟ Benedictus qui venit in nomine domini deus domin⁹ et illu-

fit nobis. ℣ A domino factum est et est mirabile in oculis nr̄is. Alleluia. ℣ Dominus regnauit decorem induit induit dominus fortitudinē et precinxit se virtute. Scdm Matthæum.

In illo tempore. Defuncto herode: ecce angelus dñi apparuit in somnis ioseph in egypto dicēs. Surge et accipe puerum et matrem eius: et vade in terram israel. Defuncti sunt enī: qui querebāt animam pueri. Qui consurgens accepit puerū et matrē eius: et venit in terram israel. Audiens autē q archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: timuit illuc ire. Et ammonitus in somnis: secessit in partes galilee. Et veniens habitauit in ciuitate que vocatur nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per prophetas: quoniaz nazarē vocabit. Credo dr. Off.

Deus enim firmauit orbē terre qui non cōmouebit parata sedes tua ds ex tunc a seculo tu es

Tribue quesum' Secreta

dñe vt cū presentibus immolemus sacrificijs et sumamus quem venture solennitatis pia munera preloquūtur. Dñm nostrum. Com.

Tolle puerum et matrem eius et vade in terram iuda defuncti sunt enim qui querebāt animaz pueri. Complenda.

Illumina quesumus dñe populum tuum et splendore gratie tue cor eius semper accende: vt saluatoris mūdi stella famulāte. manifestata naciuitas mentibus eoruz et reueletur semper et crescat. Pcū.

In die Epyphanie dñi Jnt.

Ecce aduenit dñator dominus et regnum in manu eius et potestas et imperium. ℣ Deus iudicium tuum regi da et iusticiā tuā filio regis.

Deus qui hodierna die vnigenitum tuū gentibus stella duce reuelasti concede propicius. vt qui iam te ex fide cognouim'. vsq ad contemplandam speciem tue celsitudinis pducamur. P.e.

Lectio Ysaie prophete.
Surge illuminare hierlm. ¶a venit lumen tuum: ¶ gl'ia dñi sup te orta est. Quia ecce tenebre operiet terrā: ¶ caligo populos. Sup te aūt oriet dñs et gl'ia ei⁹ in te videbit. Et ambulabūt gētes i lumie tuo: et reges i splēdore ort⁹ tui. Leua in circuitu oc'los tuos ¶ vide: oēs isti cōgregati sūt. venerūt tibi filij tui ꝺ lōge veniēt ¶ filie tue ꝺ latere surget. Tūc videbis ¶ affluesc. ¶ mirabit ¶ dilatabit cor tuum: qñ cōuersa fuerit ad te mlt'itudo maris: fortitudo gētiū venerit tibi. Inundatio camelorum opiet te dromedarij madyan ¶ effa Oēs ꝺ saba venient: aurū ¶ th⁹ deferētes: ¶ laudē dño annūciantes. Gradnale.
O mēs ꝺ saba venient aurum et thus deferētes et laudē dño annūciātes. ℣ Surge et illūiare hierlm quia gl'ia dñi sup te orta est. ℟ lla. ℣ Vidim⁹ stellā ei⁹ in oriēte et venim⁹ cū muneribus adorare eū. Seqn.
Ecclesia xpi ois xpianitas celebret. Que miris sunt modis ornata cūctisq; veneranda pplis. Per oi tenētis aduētū atq; vocatōne gētiū Ut nat⁹ ē xpl's stel la magis visa lucida ℟ t illi nō cassaz putātes tāti signi gloriaz. Secū mūera deferūt puulo offerūt: vt regi celi qué sidus p̄dicat. ℟ tq; aureo tumidi pricipis lectulo trāsito xpi presepe queritant ℟ incira sevi herodis feruida. inuidi recēs recori gēito bethleē puulos p̄cepit ense crudeli pdere O xpe quāū p̄ri exercitū inuēis doct⁹ ad bella maxia pplis p̄dicās colligis sugēs cū mū miseris ℟ nno hois tricesimo subi⁹ famuli se indyti inclinauerat manus ꝺs cōsecrās nobis bapma i absolutionē criminū ℮ cce spūs i spē ipsū alijs inocue vncturus scis p̄ oib⁹ visitat sp ip̄i⁹ cōtēctus māsiōe pctoris ℙ ris etiā in solo nuit vox pia veteris oblita sermonis pnitet me fecisse hoiem. Uere fili⁹ es tu meus mihimet placid⁹ in quo suz placat⁹ hodie te mi fili genui. ℟ uic oēs auscultate pplī p̄ceptori. Seqz
Vm nat⁹ esset Matheū.

iesus i bethleē iude i dieb' herodis regis: ecce magi ab oriente venerūt hierosolymā dicētes Ubi ē q̄ nat' ē rex iudeoꝝ: Vidim' eni stellā eius in oriēte: & venim' adorare eū. Audiens aūt herodes rex turbat' ē: & oīs hierosolyma cū illo. Et cōgregans oēs principes sacerdotuꝝ et scribas pp̄li: sciscitabat' ab eis ubi christ' nasceret. At illi dixerūt ei. In bethleem iude. Sic eni scriptuꝝ ē p̄ p̄pha. Et tu bethleez tra iuda: nequaq̄ minima es i principib' iuda. Ex te eni exiit dux: q̄ regat pp̄ulū meū isrl'. Tūc herodes clam vocatis magis: diligēt didicit ab eis tp̄s stelle q̄ apparuit eis. Et mittēs eos i bethleē dixit. Ite. & interrogate diligent de puero. Et cū inueneritis renūciate mihi: ut & ego veniēs adorē eū. Qui aūt audissent regē: abierūt. Et ecce stella quā viderāt i oriēte ant̄cedebat eos vsq̄ dū veniens staret supra ubi erat puer. Videntes aut̄ stellā: gauisi sūt gaudio magno valde. Et intrātes domū inuenerūt puerū cū maria mr̄e ei'. Et p̄ostrati: adorauerūt eū Et aptis thesauris suis: obtulerūt ei mūera. aurum. thus. & myrrham. Et rūso accepto in somnis ne redirēt ad herodē p̄ aliaꝝ viaꝝ reuersi sunt i regionem suam. **Offert.** Regel tharsis et insule mūera offerēt regel arabū' et saba dona adducēt et adorabūt eū oēs reges terre oēs gētes seruiēt ei. **Secre.** Ecclesie tue q̄s dn̄e dona p̄pitiꝰ intuere. quib' non iam aurū thus & myrrha offert. sed qd̄ eisdē muneribꝰ declarat immolat & sumit. P d̄ **Prefatio.** Quia ī vnigēit'. **Infra actionē.** Et ōicantes: Ut idim' stellā ei' in oriē te et venim' cū muneribus ad orare eum. **Com̄.** **Complenda.** Pena q̄s op̄s ds vt q̄ solēni celebram' officio. purificate mēt̄is intelligentia consequamur. P. **Alia collecta infra octauā.** Deus illūiator omnium gēt̄iū da pp̄lis tuis perpetua pace gaudere: & illud lumen splēdidū infūde cordib'

nris qđ triũ magoꝝ mẽtib⁹ inspirasti. Do. ℣ Notádũ qꝫ si sequẽs dñica i aliqua feria infra octauã epyphanie obseruat. ℟ Gloria i excel. ℭ redo et I te missa ẽ. nõ teneant. Dñica prima pst epyphaniam.

IN excelso throno vidi sedere virũ quẽ adorat mltitudo angelorũ psallẽtes i vnũ ecce cui⁹ impii nomẽ est i eternũ. ℘ Jubilate deo ois terra seruite dño i leticia

COta qs dñe supplicãtis pp̃i celesti pietate pleqre: vt q agẽda sunt videãt. et adipleda q viderint cõualescãt. ℣.

FRatres. Obsecro vos p misericordiã dei: vt exhibeatis corpa vra hostiã viuentẽ. sctãm do placẽtẽ. rationabile obsequiũ vrm. Et nolite cõformari huic seculo: sed reformami in nouitate sensus vestri. vt ꝓbetis q sit voluntas dei bona. et bñplacẽs et perfecta. Dico enim p graꝫ q data est mihi. oib⁹ q sũt inr vos nõ plus sape qꝫ oportet sape: sed sape ad sobrietatem. Et vnicuiqꝫ: sicut ds diuisit mẽsuraꝫ fidei. Sicut enim in vno corpe multa mẽbra habem⁹. omia aũt mẽbra nõ eundẽ actum habẽt: ita multi vnũ corp⁹ sumus i christo. Singuli autẽ alr alteri⁹ mẽbra. Jn christo iesu: dño nostro. Graduale.

℟ ñdic⁹ dñs ds israel qui facis mirabilia magna sol⁹ a sec̃lo. ℣ Suscipiãt mõtes pacem ppulo tuo et colles iustitiã. ℟ lla. ℣ Jubilate dõ omis terra seruite dño in leticia. Scdm Lucam

IN.i.t. Cũ fact⁹ eẽt iesus an noꝫ duodecim. alcẽdẽtib⁹ illis hierosolymã scdm cõsuetudinẽ diei festi. cõsũmatisqꝫ dieb⁹ cũ rediret: remãsit puer iesus i hierlm: et nõ cognouerũt parẽtes ei⁹. Existimantes aũt illũ esse i comitatu: venerũt iter diei. et requirebãt eũ inr cognatos et notos. Et nõ inuenientes: regressi sũt i hierusalem requirentes eũ. Et factum est pst triduũ: inuenerũt illũ in templo sedẽtẽ i medio doctoꝝ audiẽtẽ illos. et interrogantẽ eos. Stupebãt aũt oẽs q̃ eꝫ au-

dicebāt: sup̄ prudētia ⁊ rōsis ei⁹. Et videtes āmirati sūt. Et dixit mat ei⁹ ad illuz. Fili q̄d fecisti nobis sic: Ecce p̄r tu⁹ et ego: dolētes q̄rebam⁹ te. Et ait ad illos. Quid ē q̄d me q̄rebatis: Nesciebatis q̄a i his q̄ p̄ris mei sunt oportet me esse: Et ipsi nō intellexerūt verbum q̄d locut⁹ ē ad illos. Et descendit cū eis ⁊ venit nazareth: et erat subdit⁹ illi. Et mat ei⁹ conseruabat oia verba hec: conferens i corde suo. Et iesus p̄ficiebat sapiētia ⁊ etate ⁊ grā: apud deū ⁊ hoies. **Offert.** Iubilate deo ois terra. iubilate deo ois terra. seruite dño i leticia intrate i cōspectu ei⁹ in exultatiōe quia dñs ipse ē deus. **Secreta** Oblatū tibi dñe sacrificium viuificet nos sp̄ ⁊ muniat. **P** Fili quid fecisti nobis **Com.** sic ego et p̄r tu⁹ dolētes querebamus te et quid ē q̄d me querebatis nesciebatis quia i his que p̄ris mei sū oportet me esse. **Supplices te roga-** **Compl.** mus oīps ds: vt quos tuis refitis sacramētis. tibi etiā placitis moribꝰ dignanter deseruire cōcedas. **Feria.iiij.** **Epla.** Fres. Scim⁹ q̄m̄ que cunq; lex. **Recōre i vigilia epy** **Iphanie.xx.** **Scōm Joh.** **I** N.i.t. Vidit ioh̄s iesū venientē ad se: ⁊ ait. Ecce agnus dei: ecce q̄ tollit pcā mūdi Hic est de quo dixi. Post me vēit vir q̄ ām me fact⁹ est: q̄a prior me erat. ⁊ ego nesciebā eum: Sz vt mānifestaret in isrl̄: propterea veni ego i aqua bapticzās. Et testioniū phibuit iohānes dicēs. Quia vidi spm̄ descēdēte sicut colūbaz de celo: et mānsit sup eū. Et ego nesciebā eū: sz q̄ misit me baptizare i aqua. ille dixit mihi. Sup̄ quē videris spm̄ descēdentē ⁊ manētē sup eū: h̄ est q̄ baptizat i spū scō. Et ego vidi ⁊ testimoniū phibui. q̄a h̄ est fili⁹ dei. **Feria.vi.S.Matheū.** **I** N.i.t. Cū audisset iesus q̄a iohānes tradit⁹ esset: secessit i galileā. Et relicta ciuitate nazareth: venit ⁊ habitauit in capharnaū maritima. i finib⁹ zabulon ⁊ neptalim: vt adim

pleret qđ dictū est p ysaiā pro
phetā dicētē. Terra zabulon
et terra neptalim: via maris
trans iordanē galilee gētiū.
Populus q̄ ambulabat i te-
nebris vidit lucē magnaz: et
habitantib⁹ in regiōe vmbre
mortis. lux orta ē eis. Ex inde
cepit ihesus predicare. ꝛ dicere.
Penitētiam agite: appropin
quabit enī regnū celorum.

In octaua epyphanie dñi.

Ecce aduenit dñator dñs
et regnū in māu ei⁹ et po-
testas et imperiū. ℟ Deus iudi-
cīū tuū regi da et iusticiaz mā fi-
lio regis. Collecta.

Deus qui⁹ vnigēit⁹ in sub-
stantia nře carnis apparuit:
pſta q̄s vt p eū quē similē no-
bis foris agnouim⁹. int⁹ re-
formari mereamur. Qui te.

Lectio Ysaie proph̄te.

Domine ds me⁹ honori
ficabo te: laudez tribuam noi
tuo. qui facis mirabiles res.
Consiliū tuū antiquū: veꝛ fi-
at. Dñe excelsū est brachium
tuū: ds sabaoth coronaspi. q
ornata ē glia. Exultet desertū
et exultēt solitudies iordanis
Et ps̄s me⁹ videbit altitudi-
nē dñi ꝛ maiestatez dei: ꝛ erit
cōgregat⁹ ꝛ redemptus p deū
Et veniet i sion cū gaudio: et
letitia sempiterna sup caput ei-
us. laus ꝛ exultatio. Et apiā
in mōtib⁹ flūia: i mediis campis
fōtes dirūpā ꝛ terrā sitiētē si
ne aqua cōfūdā ecce puer me⁹
exaltabit: ꝛ eleuabit: ꝛ subli-
mis erit valde. Hauriētis
aquas i gaudio de fontibus
saluatoris: ꝛ dicetis i illa die.
cōfitemi dño ꝛ inuocate nomē
eius. Notas facite i pplis vir
tutes ei⁹. memētote q̄m excel-
sum ē nomē ei⁹. cātate nomen
ei⁹. cātate dño q̄a mirabilia
fecit: annūciate hec i vniuersa
terra. Dicit dñs ops. Ex.

Omes de saba venient aurū et
thus deferētes et laudē dño an-
nūciātes. ℣ Surge et illūiare
hierl̄z quia gl̄ia dñi sup te orta ē
Alla. ℣ Vidim⁹ stellam ei⁹ in
oriēte et venim⁹ cū muneribꝰ ad-
orare eum. Sedm Matheū.

In illo tpe. Venit ihesus a gali-
lea in iordanē ad iohānē

vt baptizarer ab eo. Johes aũt phibebat eũ dicens. Ego a te debeo baptizari ⁊ tu vẽis ad me: Rñdẽs aũt ihesus: dixit ei. Sine modo. Sic enim decet nos implere oẽm iusticiam. Tũc dimisit eũ. Baptizat⁹ autem ihesus: cõfestim ascẽdit de aqua. Et ecce apti sũt ei celi: et vidit spũm dei descẽdẽtẽ de celo sicut colũbã. ⁊ veniẽtẽ sup̃ se. Et ecce vox de celo dicens. Hic est filius meus dilect⁹: in quo mihi complacui. **Offert.**

Reges tharsis et insule munera offerẽt reges arabum et saba dona adducẽt et adorabũt eum oẽs reges terre oẽs gẽtes seruient ei. **Secreta.**

Hostias tibi dñe p̃ nati filij tui apparitione deferimus supplices exorãtes: vt sicut ipse nr̃or ẽ auctor munerũ. ita sit ipse ⁊ misericors susceptor ihesus christ⁹ dñs nr̃. Qui tecũ vi. idim⁹ stellã ei⁹ in ori- **Comũ.** eme et venim⁹ cũ mũeribꝰ adorare eum. **Complenda.**

Celesti lumine q̃s dñe semp̃ ⁊ vbiq̃ nos p̃ueni: vt mysteriũ nũus nos p̃ncipes esse voluisti. ⁊ puro cernam⁹ intuitu. et digno p̃cipiam⁹ effectu. Pd. **Dñica.ij.**

Omnis terra adoret te dñe et psallat tibi psalmus dicat noi tuo altissime. ℣ Jubilate deo ois terra psalmũ dicite noi ei⁹ date gl̃iam laudi eius. **Collecta.**

Omnipotẽs sempiterne deus. q̃ celestia simul ⁊ terrena moderaris: supplicationes pp̃uli tui clemẽter exaudi. et pacem tuã nr̃is cõcede tp̃ib⁹. Pdñm no. **Ad Romanos.**

Fratres. Habentes donationes: secũm gratiã que data ẽ nobis differẽtes: Sive p̃phetiã: secũm rationẽ fidei. Sive ministeriũ: in ministrãdo. Sive q̃ docet i doctrina. Qui exhortat⁹: in exhortando. Qui tribuit: in simplicitate. Qui p̃est i solicitudine. Qui miseretur: in hylaritate. Dilectio: sine simulatiõe. Odiẽtes malũ: adhereẽtes bono. Charitatẽ fraternitatis inuicẽ diligẽtes: honore inuicẽ preueniẽtes Sollicitudine nõ pigri. Spũ

feruẽtes: dño seruiẽtes. Spe gaudẽtes: in tribulatiõe pa-tiẽtes. Orõi instãtes: necessi-tatib⁹ scis cõicãtes. Hospitali-tatẽ sectãtes. Bñdicite pseqn-tib⁹ vos: bñdicite ⁊ nolite ma-ledicere Gaudere cũ gaudẽti-bus: flere cũ flẽtib⁹ Idipsum inuicẽ sentiẽtes. Nõ alta sapi-entes: sed hũilib⁹ cõsentiẽtes.

Misit dñs verbũ suũ et sanauit eos et eripuit eos de in-teritu eoz. ℣ Cõfiteãt dño mi-sericordie ei⁹ et mirabilia ei⁹ filiis hominuz. Alla: ℣ Laudate deũ oẽs angeli ei⁹ laudate eum oẽs virtutes ei⁹. Scdm Joh.

In illo tpe: Nuptie facte sunt in chana galilee: ⁊ erat mat⁹ ihesu ibi. Vocat⁹ ẽ aũt ⁊ ihesus: et discipuli ei⁹ ad nuptias. Et deficiẽte vino: dicit mater ihesu ad eũ. Vinũ nõ hñt. Dicit ei ihesus. Quid mihi ⁊ tibi ẽ mu-lier: Nondũ venit hora mea: Dicit mat⁹ ei⁹ ministris. Quod cũqz dixerit vobis: facite. Erãt aũt ibi lapidee hydrie sex posi-te. scdm purificationẽ iudeoz capiẽtes singule metretas bi-nas vel ternas. Dicit eis ie-sus. Implete hydrias aqua Et impleuerũt eas: usqz ad sũ-mũ. Et dicit eis ihesus. Hauri-te nũc: ⁊ ferte archytriclino. Et tulerũt. Vt autẽ gustauit ar-chytriclin⁹ aquã vinũ factã. et nõ sciebat vñ cẽt. ministri autez sciebãt q̃ hauserãt aquã: vo-cat sponsum archytriclin⁹. ⁊ di-cit ei. Omis hõ primũ bonũ vi-nũ ponit: ⁊ cũ inebriati fuerĩt tũc id qd deteri⁹ ẽ. Tu aũt ser-uasti vinũ bonum usqz adhuc. Hoc fecit initiũ signoz ihesus i chana galilee: ⁊ manifestauit gloriã suã. Et credidert in eũ: discipuli eius. Offert.

Iubilate deo vniuersa terra. iu-bilate deo vniuersa terra. psal-mũ dicite noi ei⁹ venite et audite et narrabo vobis oẽs qui timẽ-tis deũ quãta fecit dñs aie mee alleluia. Secreta.

Oblata dñe mũera sctifica nosqz a pctõz nrõz maculis emũda. ℣. Prefatio quoti-diana. Que ab octaua epy-phanie usqz ad diẽ cinerũ tene-tur. nisi festũ haberet ppriaz.

Dicit dñs ipletę hydri Cõm. as aqua et ferte architridino dũ gustasset architridin⁹ aquã vinũ factã dicit spõso seruasti vinũ bonũ vsq; huc hoc signũ fecit ihesus primũ coram discipulis suis.

Augeat in nobis Complẽ. dñe qs tue virtutis oprationis vt diuinis vegetati sacramẽtis. ad eoꝝ pmissa capienda tuo mũere ppareamur. Pr̃ dñ.

Feria.iiij. Ad Colossenses.

Frẽs. Audistis dispẽsationẽ dei q̃ data ẽ mihi i vobis: vt impleã verbũ dei. mysteriũ qd̃ absc̃onditus fuit a seculis et gñatiõib⁹. Nũc autem mãifestatũ est scis eis: q̃b⁹ voluit dꝰ notas facere diuitias gl̃ie sacramẽti hui⁹ in gentib⁹ qd̃ est christ⁹ in vobis spes glorie. quẽ nos ãnũciam⁹ corripiẽtes oẽm hoiem et docentes oẽm hoiez i oi sapia: vt exhibeamus oẽm hoiez perfectũ. In christo ihesu dño nr̃o.

S. Lu.

In.i.t. Regressus ẽ ihesus i virtute spũs i galileã: et fama exiit p vniuersaz regionẽ d̃ illo. Et ipse docebat in synagogis eoꝝ: et magnificabat ab omnibus. Et venit nazareth vbi erat nutritus: et intrauit secd̃z consuetudinẽ suã die sabbati in synagogã. et surrexit legere. Et tradit⁹ est ei liber ysaie pphe. Et vt reuoluit libꝝ: inuenit locũ vbi scriptũ erat. Spũs dñi sup me: pp̃e qd̃ vnxit me: euãgelizare pauperibus misit me. sanare cõtritos corde. pdicare captiuis remissionẽ. et cecis visum. dimittere cõfractos in remissionẽ. pdicare ãnuz dñi acceptũ. et die retributiõis. Et cũ plicuisset libꝝ: reddidit ministro. et sedit. Et oiuz i synagoga oculi. erãt intendẽtes i eũ. Cepit aũt dicere ad illos: q̃a hodie impleta ẽ hec scriptura i auribus vr̃is. Et oẽs testimoniũ illi dabãt. et mirabant⁹ in verbis gr̃e. q̃ procedbãt d̃ ore eius.

Feria.vi. S. Marcũ.

In.i.t. Egressus ihesus: vẽit in patriã suã: et seqbant⁹ illũ discipuli eius. Et facto sabbato: cepit i synagoga docere. Et multi audiẽtes: admirabãtur i doctrina eius dicẽtes. Nũ

huic hec oia: Et que est sapiē
tia que data est illi. ⁊ virtutes
tales que per manus eius effi
ciunt: Nōne iste est filius fa
bri ⁊ marie. frater iacobi ⁊ io
seph. ⁊ iude ⁊ simonis: Nōne
et sorores eius hic nobiscum
sunt: Et scandalizabantur in
illo. Et dicebat eis ihesus. quia
non est pphēta sine honore: ni
si in patria sua. ⁊ in cognatio
ne sua. ⁊ in domo sua. Et non
poterat ibi virtutem ullā face
re: nisi paucos infirmos ip
sis manibus curauit. Et mi
rabat: pter incredulitatē il
lorum. Dñica. iij. Introi.

ADorate deum oēs angeli
ei⁹ audiuit et letata ē sion
et exultauerūt filie iude. ℣ Dñs
regnauit exultet terra letent⁹ in
OMnip⁹ Coll. sule multe.
tēs sempiterne deus infir
mitatē nr̄am picius respice:
atq; ad ptegēdū nos dexterā
tue maiestatis extēde. ℣. Ad
Rōs. Noli Romanos
te esse prudentes apud
vosmetipsos: nulli malū pro
malo reddētes. Prouidētes
bona: nō tantū cor̄ deo. sz eti
am coraz oībus hoibus. Si
fieri pōt qđ ex vobis ē: cū om
nibus hoībus pacē hītes. Nō
vosmetipsos defendētes cha
rissimi: sz date locū ire. Scrip
tū est enī. Mihi vindictam: ⁊
ego retribuā dicit dñs. Sz si
esurierit inimic⁹ tu⁹: ciba illum.
Si sitit: potū da illi. Hoc ei fa
ciēs: carbones ignis cōgeres
sup caput eius. Noli vinci a
malo: sed vince in bono malū.
T. imebūt gētes nomē Ex.
tuū dñe et oēs reges tre gl̄iaz tu
am. ℣ Qm̄ edificauit dñs siō et
videbit in maiestate sua. A lla
℣ Exultate deo adiutori nr̄o iu
bilate deo iacob. ℣ Sūite psal
mū iocūdū cū cythara. S. mat.

IN illo. t. Cū descēdisset ihesus d
mōte: secute sūt eum turbe
multe. Et ecce leprosus veniēs
adorabat eū dicēs. Dñe: si vis
potes me mundare. Et extend
ens ihesus manū: tetigit eū
dicēs. Volo. Mūdare. Et cō
festim mūdata est lepra eius
Et ait illi ihesus. Vide nemini
dixeris: sed vade ostende te sa

cerdoti. ⁊ offer munus qđ pre
cepit moyses in testimonium
illis. Cũ aũt introisset ihesus ca
pharnaũ: accessit ad eũ centu
rio rogãs eũ ⁊ dicens. Dñe.
puer meꝰ iacet paliticus i do
mo: ⁊ male torq̃t. Et ait illi ie
sus. Ego veniã: ⁊ curabo eum.
Et rñdens centurio. ait. Dñe. nõ
sũ dignꝰ vt intres sub tectum
meũ: sed tm̃ dic verbo ⁊ sana
bit puer meꝰ. Nam ⁊ ego hõ sũ
sub ptate: hñs sub me milites
Et dico huic vade: ⁊ vadit. Et
alio veni: ⁊ vẽit. Et seruo meo
fac hoc: ⁊ facit. Audiẽs aũt ie
sus mirat⁹ ẽ: ⁊ seqntibꝰ se dixit
Amẽ dico vobis: nõ inueni
tantã fidẽ in israel. Dico aũt
vobis: qđ multi ab oriente ⁊
occidẽte venient ⁊ recũbẽt cum
abraã. ⁊ ysaac. ⁊ iacobi regno celoꝝ. Filij aũt regni ejicie
tur in tenebris exteriores: ibi
erit fletus ⁊ stridor dentiũ. Et
dixit ihesus centurioi. Vade: ⁊ si
cut credidisti fiat tibi. Et sana
tus ẽ puer in illa hora. Off.
Dextera dñi fecit virtutẽ. dexte
ra dñi exaltauit me non moriar
sed viuã. et narrabo opa dñi.

Hec hostia qs dñe Secreta
emũdet nr̃a delicta. ⁊ sacrificiũ
um celebrãdũ subditorũ tibi
corpa mẽtesq̃ sanctificet. Ꝑ dñz
Mirabant oẽs de his Com.
que procedebãt de ore dei.

Quos tantis dñe Compl.
largiris vti mysteriis. qs: vt
nos effectibꝰ coꝝ veraciꝰ aptare digneris. Ꝑ. Feria. iiij.

Charissime. Ad Timotheũ.
Fidelis̃mo ⁊ oi acceptiõe dignꝰ: qꝫ christꝰ ihesus
vẽit in hũc mũdũ pctores sal
uos facere quoꝝ primꝰ ego sũ
Sed ideo misericordiã consecutus sũ: vt in me primo ostẽ
deret christꝰ ihesus oẽm patien
tiam ad informationẽ eorũ.
qui credituri sunt illi in vitaz
eternam. Regi autẽ seculoruz
immortali inuisibili: soli deo
honor ⁊ gloria in secula seculorum amen. Scõm Matth.
In illo tẽpore. Circuibat ihesus totam
galileã: docens in synagogis
eorũ. ⁊ predicans euangelium regni: ⁊ sanans omnem
languorem et omnẽ infirmi-

tatem in ppulo. Et abiit opi
nio eius in totam syriam. Et
obtulerũt ei oẽs male habẽ-
tes varijs languoribꝫ ⁊ tor-
mentis comp̃hensos: ⁊ qui de-
monia habebant. ⁊ lunaticos
et palyticos. ⁊ curauit eos. Et
secute sunt eum turbe multe.

Feria.vi. Scdm Lucam.

In.i.t. Cũ esset iesus i vna
ciuitatũ ⁊ ecce vir plenꝫ le-
pra. Et videꝫ iesum: ⁊ pcidẽs
in faciẽ rogauit eũ dicẽs. Do
mine si vis potes me munda-
re. Et extendens manum: teti-
git illũ dicens. Volo. Mũda
re. Et confestim lepra discessit
ab illo. Et ipse precepit illi. vt
nemini diceret: sed vade osten
de te sacerdoti. ⁊ offer pro emũ-
datione tua. sicut p̃cepit moy
ses in testimoniũ illis. Pera-
bulabat aũt magis sermo d̃
illo. Et cõueniebãt turbe mul
te vt audirẽt eũ: ⁊ curarentur
ab infirmitatibꝫ suis. Dñica

Adorate iiij. Introit.
deũ oẽs angeli eiꝫ audi-
uit et letata ẽ sion et exultauerũt
filie iude. ℣ Dñs regnauit exul
tet terra letẽt insule multe. Col.

Deus q̃ nos i tãtis pricul'
cõstitutos p̃ hũana scis
fragilitate nõ posse subsistere:
da nobis salutẽ mẽtis ⁊ cor-
poris. vt ea q̃ p̃ peccatis nr̃is pa
timur. te adiuuãte vincam⁹.
P dñm. Ad Romanos.

Frẽs. Nemi q̃cq̃ debea-
tis: nisi vt inuicẽ diliga-
tis. Qui enim diligit p̃ximũ: le
gem impleuit. Nã nõ adulte
rabis. nõ occides. nõ furtũ fa
cies. nõ falsũ testimoniũ dices.
nõ cõcupisces rem p̃simi tui:
et si qd̃ ẽ aliud mandatũ i hoc
verbo instaurat. Diliges p̃-
ximũ tuũ sicut teipsum. Dile-
ctio p̃simi: malum nõ operat.
Plẽitudo ergo legis. ẽ dilectio

T. imebũt gẽtes nomẽ Gr.
tuũ dñe et oẽs reges terre gl'iã tuã. ℣ Qm̃ edificauit dñs sion
et videbit in maiestate sua.

Alla. ℣ Exultate deo adiuto-
ri nr̃o iubilate deo iacob. ℣ Su
mite psalmũ iocũdũ cũ cythara.

In illo tpe. Scdm Math.

Ascẽdẽte iesu in nauiculã
secuti sunt eũ discipuli eius. Et

ecce motus magnus factus ē in mari: ita vt nauicula operiret fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserūt: ꝛ suscitauerūt eum dicētes. Dñe salua nos: perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modicę fidei? Tūc surgēs imperauit ventis ꝛ mari: ꝛ facta ē tranquillitas magna. Porro hoīes mirati sunt dicētes. Qualis ē hic. qꝫ vēti ꝛ mare. obediūt ei

O exterra dñi fecit virtutē. Off. de exterra dñi exaltauit me nō moriar sꝫ viuā et narrabo opa dñi

Concede qs ops. Secreta. deus. vt hyuius sacrificij munus oblatum. fragilitatē nostram ab omni malo purget semper ꝛ muniat. P. Com.

Mirabantur omēs de his que procedebant de ore dei. Cōpl.

Munera tua nos deus a delectationibus terrenis expediant: ꝛ celestibus semper instruant alimentis. P dñm nrm.

Feria.iiij. Ad Romanos.

Fratres. Sicut per vnī delictū in oēs hoies i cōdemnationem mortis: sic ꝛ p vnius iustitiaꝫ in omnes hoīnes in iustificationeꝫ vitę. Sicut enī p obedientiaꝫ vnius hoīs peccatores constituti sunt multi: ita per vnius obedientiam iusti constituuntur multi. Lex autem subintrauit: vt habundaret delictuꝫ. Vbi autem habūdauit delictum superhabundauit ꝛ gratia: vt sicut regnauit peccatum i mortem. ita ꝛ gratia regnet per iustitiam in vitam eternaꝫ. P iesum christū dñm nostrum.

In illo tempore. Secm Lucā Factū est cūm ieret iesu in via: dixit quidam ad eum. Sequar te: quocunqꝫ ieris. Et ait illi iesus. Vulpes foueas habent. et volucres celi nidos: filius autem hominis nō habet vbi caput suum reclinet. Alit autem ad alterum. Sequere me. Ille autem dixit. Dñe: permitte me primū ire. ꝛ sepelire patrem meū. Dixitqꝫ ei iesus. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade annūcia regnum dei. Et ait alter. Sequar te dñe: sed primum

permitte mihi renunciare his qui domi sunt. Et ait ad illum iesus. Nemo mittens manū suam in aratrum & respiciēs retro: aptus est regno dei.

Feria. vi. Scōm Marcum:

In.i.t. Offerebāt iesu parvulos: vt tāgeret eos. Discipuli aūt: cōminabāt offerē ib⁹. Quos cū vidisset iesus: indigne tulit & ait illis. Sinite puulos vēire ad me: & ne p hibueritis eos. Taliū est enī regnū celoꝝ. Amē dico vobis ḋs nō recepit regnū dei velut puul⁹: nō introibit i illud. Et cōplexās eos & imponens man⁹ sup illos: bñdicebat eos.

Adorate deū Dñica. v. Hoēs angeli ei⁹ audiuit et letata ē sion et exultauerūt filie iude. ℣ Dñs regnauit exultet terra letent insule multe. Collecta Familiā tuā qs dñe cōtinua pietate custodi: vt q in sola spe grē celestis inniti tur: tua sp protectiōe muniat. p Rēs. Ad Colossenses Induite vos sicut electi dei. sci & dilecti viscera misericordie. benignitatē. hūilitatē. modestiā. patiētiā. supportātes inuicē & donātes vobismetipsis. si ḋs aduersus aliquē habet q̄relā: sicut & dns donauit vobis. ita & vos. Supoia autē hec charitatē hītes: qd est vinculum pfectiōis. Et pax christi exultet i cordib⁹ vestris: i qua & vos vocati estis in vno corpre. & grati estote. Verbū christi habitet i vobis habūdanter. in oi sapia docētes et cōmouētes vosmetipsos. i psalmis hymnis & cāticis spiritualib⁹: in gra cātātes i cordib⁹ vris dño. Oē qcūq̄ facitis i verbo aut i ope: oia in noīe dñi nri iesu christi facite gras agētes do & pri. Per iesum christū dñm nrm. Gz. Te. imebūt gētes nomē tuū dñe et oēs reges terre gl'iam tuā. ℣ Qm̄ edificauit dns sion et videbit in maiestate sua. Alla. ℣ Exultate do adiutori nro iubilate do iacob ℣ Sūite psalmū iocundū cū cythara. S. Math.

In.i.t. Di.ie.di.l. pabla3 hant. Sile tacuū ē regnuz

celorum hoīni q̄ semināuit
bonū semen in agro suo. Cuz
autē dormirēt hoīes: venit
inimicus eius ⁊ superseminauit
zyzania i medio tritici ⁊ abiit
Cū aūt creuisset herba ⁊ fructū
fecisset tūc apparuerūt ⁊ zyzania
Accedētes aūt serui p̄fisfamilias: dixerūt ei. Dñe: nōne bonū semē seminasti i agro tuo:
Ūñ ergo habet zyzania: Et
ait illis. Inimic⁹ hō hoc fecit.
Serui autē dixerunt ei. Vis
imus ⁊ colligimus ea: Et ait.
Nō. Ne forte colligētes zyzania: eradicetis simul cū eis et
tritico. Sinite vtraq; crescere
vsq; ad messem: ⁊ i tpe messis
dicā messorib⁹. Colligite primū zyzania: ⁊ alligate ea fasciculos ad cōburēdū. Triticum aūt cōgregate: in horreū
O extera dñi fecit Oꝛ. meū.
virtutē dextera dñi exaltauit me
nō moriar sed viuā et narrabo
opera domini. Secreta.
Hostias tibi dñe placatiōis
offerim⁹. vt ⁊ delicta nra misera⁹ absoluas. ⁊ nutātia corda tu dirigas. ℣. Com̄.

Mirabant oēs d̄ his que procedebant de ore dei. Complē.
O a q̄s op̄s ds vt illi⁹ saluta
ris capiam⁹ effectuz: cui⁹ p hec
mysteria pign⁹ accepim⁹. ℣.
Feria.iiii. Ad Timotheum.
Charissime. Noli erubescere testionū dñi nri ie
su christi. neq; me vinctū eius
sed collabora euāgelio sedm
virtutē dei. q̄ nos liberauit. et
vocauit vocatiōe sua sancta.
Nō sedm opa nra: sz sedm p̄
positū suū ⁊ grāz. q̄ data ē nobis i christo iesu añ tpa secularia: mānifestata ē aūt nūc p illuminationē saluatoris nri ie
su christi: q̄ destruxit q̄dē mortem. illūiauit aūt vitā ⁊ incorruptionē p euāgeliuz in quo
posit⁹ sum ego p̄dicator ⁊ apostolus: ⁊ magr̄ gētiū. Ob quā
causaz etiā hec patior: sed nō
cōfundor. Scio enī cui credidi: ⁊ certꝰ sum q̄a potēs ē depositū meū seruare in illū diem.
Formā habe sanoz verboꝝ
q̄a me audisti: i fide ⁊ dilectione. In christo iesu: dño
nostro. Sedm Matheum.

Dom̃ca. 7o.

XXVIII

IN.i.t.Rñdēs iesus dixit. Cō/fiteor tibi dñe pat celi ⁊ terre: qa abscōdisti hec a sapiētib⁹ ⁊ prudētib⁹ ⁊ reuelasti ea puul' Ita pr̃: qm̃ sic fuit placitū ant te. Oia mihi tradita sūt a patre meo. Et nemo nouit filiū nisi pr̃. neq; pr̃em q̃s nouit nisi fili⁹: ⁊ cui voluerit fili⁹ reuelare. Venite ad me oēs q̃ laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiā vos. Tollite iugū meum sup vos. ⁊ discite a me qa mitis sū ⁊ hūil' corde: ⁊ inuenietis req̃em aiab⁹ vr̃is. Jugum enī meū suaue ē: ⁊ on⁹ meū leue. Feria.vi. Scdm Math. ue: IN.i.t.Di.ie.turbis iudeorū ⁊ principib⁹ sacerdotū parabolā hāc. Hō q̃dam habebat duos filios: ⁊ accedēs ad primū dixit. Fili: vade opare i vinea mea. Ille aūt rñdēs ait: Nolo. Postea aūt pœnitentia mot⁹: abijt. Accedēs ad alterū dixit similit. At ille rñdēs ait. Eo dñe. Et non iuit. Quis ex duob⁹ fecit volūtatē pr̃is: Dicūt. Primus. Dicit ill' iesus. Amē dico vobis: q̃a publicani ⁊ meretrices p̃cedēt vos in regno dei. Venit enī ad vos ioh̃s i via iustitie: ⁊ nō credidistis ei. Publicani aūt ⁊ meretrices: crediderūt ei. Vos āt vidētes: nec pœnitētiā habuistis postea vt crederetis ei. qui habet aures audiēdi audiat

Q Ircūdederūt me gemit⁹ mortis dolores inferni circūdederūt me et in tribulatiōe mea inuocaui dominū et exaudiuit de tēplo sancto suo voce meā. ℟ Diligā te dñe virt⁹ mea dñs firmamentū meū et refugiū meū et liberator meus. ℣ Gloria pr̃i. Deinceps nō dicit ℣ Gloria i ex. nisi i festis duplicibus. Collecta:

P Reces pp̃li tui dñe q̃s deprecē exaudi: vt q̃ iuste p peccatis nr̃is affligimur. pro tui nois gl̃ia misericordit liberemur. Ad Corithios

F Ratres. Nescitis q̃ hi q̃ in stadio currūt. oēs q̃dem currunt. sed vnus accipit brauium: Sic currite. vt cōprehendatis. Omnis enī qui in agone cōtendit. ab oibus

se abstinet. Et illi quidē vt cor
ruptibilē coronam accipiāt:
nos aūt incorruptā. Ego igi
tur sic curro: nō quasi i incer
tum. Sic pugno nō quasi ae
rem verberās: sed castigo cor
pus meū ꝛ in seruitutē redi
go. ne forte cū aliis p̄dicaue
rim ipse reprob⁹ efficiar. Nolo
enī vos ignorare frēs quī
p̄res nr̄i oēs sub nube fuerūt.
et oēs mare transierūt: ꝛ oēs
in moyse baptisati sūt in nube
et in mari. Et oēs eandē escā
spūalē māducauerunt: ꝛ oēs
eundē potū spūalem biberūt.
Bibebant aūt de spūali. con
sequente eos petra. Petra āt
erat christus. **Graduale.**
A diutor in opportūitatib⁹ in tri
bulatiōe spērēt in te qui nouerūt
te qm̄ nō derelinquis querētes te
dñe. ℣ Qm̄ nō in finē oblivio
erit paupis patiētia pauperū nō
pibit in eternū exurge dñe ne p̄
ualeat hō. ℣ Ad te pro- **Tractus**
fundis clamaui ad te dñe. dñe
exaudi vocē meā. ℣ Fiāt aures
tue intēdētes i oronem serui tui.
℣ Si iniquitates obseruaueris
dñe dñe quis sustinebit Quia
apud te propiciatio ē et propter
legē tuā sustinui te dñe. **Sedm**
Ma. J.i.t.D.ie.dis.s. **Math.**
J parabolā hāc. Sile ē regnū
celoꝝ hoī p̄rifamilias: q̄ exiit
primo mane cōducere opa
rios in vineā suā. Cōuentiōe
aūt facta cū oparijs ex denario
diurno: misit eos in vinea
am suā. Et egressus circa hꝝ
traꝝ tertiam. vidit alios stan
tes in foro otiosos: ꝛ illis di
xit. Jte ꝛ vos in vineā meaꝝ:
et qd̄ iustū fuerit dabo vobis
Illi aūt abierūt. Jterū autē
exijt circa sextam ꝛ nonā hꝝ
et fecit similiter. Circa undecī
mam vero hꝝ exijt. ꝛ invenit
alios otiosos stantes. ꝛ di
xit illis. Quid hic statis tota
die otiosi? Dicūt ei. Quia ne
mo nos cōduxit. Dicit illis.
Jte ꝛ vos in vineā meā. Cū
sero aūt factū essꝫ: dicit dñs vi
nee pcuratori suo. Voca ope
rarios: ꝛ redde illis mercedē.
incipiens a nouissimis vsq̄
ad primos. Cū venissent er
go q̄ circa undecimā hꝝ ve-

nerant:acceperũt singulos de-
narios. Venientes autem et
primi:arbitrati sunt qđ plus
essent accepturi. Acceperũt au
tem ꝛ ipsi singulos denarios
Et accipiẽtes: murmurabant
aduersus patrẽfamilias di-
centes. Hi nouissimi vna hy-
ra fecerunt:ꝛ pares illos no-
bis fecisti:qui portauim⁹ pon-
dus diei ꝛ estus: At ille respõ
dens vni eoꝝ dixit. Amice:nõ
facio tibi iniuriã. Nõne ex de
nario cõueneisti mecum: Tolle
qđ tuũ est:ꝛ vade. Volo autẽ
et huic nouissimo dare:sicut ꝛ
tibi. Aut non licꝫ mihi quod
volo facere: Aut oculus tuus
nequã est. quia ego bon⁹ sum
Sic erũt nouissimi primi:et
primi nouissimi. Multi enim
sunt vocati:pauci vero electi.

Bonũ est confiteri dño Off.
et psallere nomini tuo altissime.

Muneribus nris Secreta.
qs dñe pãbusqꝫ susceptis.ꝛ ce
lestibus nos mũda mysterijs
et dementer exaudi. Ꝑ. Coñ

Illumina faciẽ tuã sup seruũ tu-
um et saluũ me fac in tua miseri-
cordia dñe nõ confundar qm̃ in
uocaui te: Complenda.

Fideles tui deus p tua dona
firmentur:vt eadem ꝛ pcipiẽ-
do requirant.ꝛ querẽdo sine fi
ne percipiant. Ꝑ. Feria .iiij.

Fratres. Ad Hebreos.
Festinemus ingredi i illam requiem:vt ne in idipsuꝫ
quis incidat incredulitatis ex
emplum. Viuus est enim ẽmo
dei ꝛ efficax.ꝛ penetrabilior oi
gladio ancipiti:ꝛ pertingens
usqꝫ ad diuisionẽ anime ꝛ spi
ritus. Compagũ quoqꝫ ꝛ me
dullarũ ꝛ discretor cogitatio-
nũ.ꝛ intentionũ cordis:ꝛ nõ
est vlla creatura inuisibilis i
cõspectu eius. Oia aũt nuda:
et aperta sunt oculis ei⁹. Ad quez
nobis sermo. Hñntes ergo põ
tificẽ magnũ qui penetrauit ce-
los iesum filiũ dei:teneamus
confessionẽ. Nõ enim habemus
pontificẽ qui nõ possit cõpati in-
firmitatib⁹ nris: temptatum
aũt p oia p similitudie absqꝫ
peccato. Adeam⁹ ergo cũ fidu-
cia ad thronũ gratie ei⁹ vt mi
sericordiaꝫ consequamur .et

gr̃am inueniamus in auxilio
oportuno. ℞ Ihesū christū dn̄z
nostrum. Scdm Marcum.
In illo tẽ. Egressus ihesus. ibat p
galileā: nec volebat quẽq̃ sci-
re. Docebat aūt discipl̃os su-
os: ⁊ dicebat illis. Quia filius hois
tradet in manꝰ hoīum. ⁊ occi-
dent eū: ⁊ occisus tertia die re-
surget. At illi ignorabāt ver-
bū: ⁊ timebant eū interrogare:
Et venerūt capharnaū. Qui
cū domi esset: interrogabat eos
Quid i via tractabatis? At
illi tacebāt. Siq̃dē inter se i via
disputauerāt: q̃s esset illorum
maior. Et residens vocauit
duodecim: ⁊ ait illis. Si q̃s vult
primꝰ esse: erit omnium nouissi-
mus ⁊ omnium minister. Et accipi-
ens puerū: statuit eū in medio
eoꝝ. Quē cū complexꝰ esset: ait
illis. Quisq̃s vnum ex hmōi
pueris receperit i nomine meo: me
recipit. Et q̃cūq̃ me susceperit:
nō me suscipit. sed eū q̃ me mi-
sit. Feria.vi. Scdm Lucam
In illo tẽ. Factū est dū cōplerē
tur dies assūptiōis ihesu: ⁊
ipse faciē suā firmauit. vt iret
in hierusalē. Et misit nūcios
ante conspectū suū. Et euntes in-
trauerūt in ciuitatez samari-
tanoꝝ: vt parerēt illi. Et nō re
ceperūt eū: eo q̃ facies eius erat
euntis in hierusalez. Cū vidis-
sent aūt discipuli eiꝰ iacobus
et iohes: dixerūt. Dne. vis di
cimus vt ignis descēdat de ce-
lo. ⁊ cōsumat illos. Et conuer
sus increpauit illos dicēs. Ne
scitis cuiꝰ spūs estis. Filius hois
nō venit aias perdere. sed salua
re. Et abierūt in aliud castellū.
Exurge qua Dnica in. lx
re obdormis dne exurge
et ne repellas in finē quare faciem
tuā auertis obliuisceris tribula-
tionis nre adhesit in terra venter
nr̄ exurge dne adiuua nos et li-
bera nos. ℟ Deus auribꝰ nr̄is
audiuimꝰ pres nr̄i anūciauerūt
nobis. Collecta.
Deus q̃ cōspicis quia ex
nulla nr̄a actiōe cōfidimꝰ: cō-
cede ppiciꝰ. vt contra aduersa
oia doctoris gētiū protectiōe
mūiamur. ℣. Ad Corinth.
Fres. Libenter sufferetis
insipientes cum sitis ipi

sapiẽtes. Sustinetis eni si ꝗs vos in seruitutẽ redigit: si ꝗs devorat. si quis accipit: si quis extollitur. si quis in faciẽ vos cedit. Secm̃ ignobilitatẽ dico: quasi nos infirmi fuerim⁹ in hac parte. In quo ꝗs audet in insipientia dico: audeo et ego. Hebrei sunt ꝛ ego. Israelite sunt: ꝛ ego. Semen abrae sũt: ꝛ ego. Mĩstri christi sunt: ꝛ ego. Vt minus sapiens dico: plus ego. In laboribus plurimis: in carceribus habundanti⁹. in plagis supra modũ. in mortib⁹ frequenter. A iudeis ꝯquies quadragenas. vna min⁹ accepi. Ter virgis cesus sum. semel lapidatus sum: ter naufragium feci. Nocte ac die i ꝓfundo maris fui. In itineribus sepe. Periculis fluminũ periculis latronũ. periculis ex genere: periculis ex gentibus. Periculis in ciuitate. periculi⁹ in solitudine. periculis in mari: periculis in falsis fratrib⁹. In labore ꝛ erumna: in vigiliis multis. In fame ꝛ siti: in ieiuniis multis. in frigore et nuditate. Preter illa que extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana. sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur. ꝛ ego non infirmor? Quis scandalizat. ꝛ ego non vror? Si gloriari oportet: ꝙ infirmitatis mee sunt gloriabor. Deus ꝛ pater domini nostri iesu christi scit qui est benedictus in secula ꝙ non mentior. ℴ amasci preplitus gentis arethe regis custodiebat ciuitatem damascenoꝝ: vt me comprehenderet. Et per fenestram in sporta dimissus sum ꝑ murum: ꝛ sic effugi manus eius. Si gloriari oportet: nõ expedit quidem. Veniam autem ad visiones: ꝛ reuelationes domini. Scio hominem in christo ante annos quatuordecim. siue in corpore nescio siue extra corpus nescio. deus scit raptum huiusmodi vsqꝝ ad tertium celum. Et scio huiusmodi hominem siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit: qm̃ raptus est i pa-

dysū. ⁊ audiuit archana verba que non licet hoī loq̄. Pro huiusmodi gloriabor: p me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatib⁹ meis. Nam et si voluero gloriari: nō ero insipiens. Veritatem enī dicam Parco aūt. ne quis me existimet supra id q̄d videt in me: aut audit aliq̄d ex me. Et ne magnitudo reuelationuz extollat me: datus ē mihi stimulus carnis mee āgelus sathane q̄ me colaphiset. Propter q̄d ter dūm rogaui vt discederet a me: ⁊ dixit mihi. Sufficit tibi gr̄a mea. Nā virtus in infirmitate pficit. Libenter igit gloriabor i infirmitatib⁹ meis vt inhabitet i me virt⁹ christi. Sciāt gētes q̄m nomē tu Ge. bi ds tu solus altissim⁹ sup̄ oēm terrā. ℣ Deus me⁹ pone illos vt rotā et sicut stipulā aī facie vēti. Cōmouisti dñe ter Tractus. ram et cōturbasti eā. ℣ Sana cōtritiones eius quia mota est. ℣ Vt fugiāt a facie arcus vt liberent electi tui. S. Lu.

In illo tpe. Cuz turba plurima cōueniret ⁊ de ciuitatib⁹ ꝑpe rarent ad iesum: dixit p similitudinē. Exiit q̄ seminat: seminare semē suū. Et dū seminat aliud cecidit secus viā. ⁊ cōculcatū est: ⁊ volucres celi comederūt illud. Et aliud cecidit supra petrā: ⁊ natū aruit. q̄a nō habebat humorē. Et aliud cecidit inē spinas: ⁊ simul exorte spine suffocauerūt illud. Et aliud cecidit in terrā bonaz: et ortū fecit fructū cētuplū. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabāt aūt eum discipuli eius: q̄ essz hec parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datuz est nosse mysteriū regni dei: ceteris aūt in parabolis. vt videntes nō videant. ⁊ audientes nō intelligāt. Est autē hec parabola. Semē est verbum dei. Qui aūt secus viā. hi sunt q̄ audiūt. deinde venit diabolus ⁊ tollit verbū de corde eorum: ne credētes salui fiant. Nā qui supra petrā: q̄ cuz audierint. cū gaudio suscipiunt verbū. Et hi radices non ha-

bent:quia ad tempus credũt. et in tpe temptatiõis recedũt. Quod autẽ in spinis cecidit: hi sũt qui audierũt.⁊ a sollicitudinib⁹⁊ diuitijs. voluptatibus vite euntes suffocantᵉ.⁊ non referũt fructũ. Qd autẽ in bona terra:hi sunt q̃ in corde bono⁊ optimo audientes verbum retinent. Et fructum afferunt: in patientia. Off. Perfice gressus meos i semitis tuis vt non moueãtur vestigia mea inclina aurem tuã et exaudi verba mea mirifica misericordias tuas que saluos facis sperantes in te domine. Secreta Oblatũ tibi dñe sacrificium viuificet nos semp⁊ muniat. Pdñum nostrũ iesum. Comũ Introibo ad altare dei ad deum qui lecificat iuuentutem meam. Supplices te rogamus ops deus:vt quos tuis reficis sacramentis.tibi etiam placitis moribꝰ dignanᵉ deseruire concedas. Pdñum. Feria.iiij. Ad Hebreos Frẽs. Recogitate dñm nũ nostrum iesum christum. qualem sustinuit a pctatoribus aduersus semetipsum contradictionẽ:vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Nõdum enim restitistis vsq̃ ad sanguinẽ aduersus pctm̃ repugnãtes:⁊ obliti estis consolatiõis que vobis tanq̃ filijs loquit̃ dicens Fili mi noli negligere disciplinam dñi:neq̃ fatigeris dum ab eo argueris. Quẽ enī diligit dñs corripit:flagellat autem oẽm filiũ quẽ recipit. In disciplina pseuerate: tanq̃ filijs vobis offert se ds. Quis enī filius quẽ nõ corripit pat Qd si extra disciplinaz estis. cuius principes facti sunt oẽs. ergo adulterini⁊ nõ filij estis Deinde pres quidem carnis nostre habuimus eruditores:⁊ reuerebamur eos. Nõ multomagis obtẽperabim⁹ patri spũum⁊ viuemus. In christo iesu:dño nostro.

In.i.t. Dixit Scdm Marth. iesus phariseis. Qui nõ ẽ mecũ:cõtra me ẽ. Et q̃ nõ cõgregat mecũ:spargit. Ideo dico

vobis. Omne pctm̃ ⁊ blasphẽ
mia remittet̃ hoibus: spirituſ
aũt blasphẽmie non remittet̃.
Et quicũq; dixerit verbũ con-
tra filiũ hois: remittet̃ ei. qui
aũt dixerit contra spm̃sanctũ
non remittet̃ ei. neq; in hoc se-
culo neq; in futuro. Aut faci-
te arbore̅ bonã ⁊ fructũ ei⁹ bo-
nũ: aut facite arbore̅ malam
et fructũ eius maluz. Siqui-
dem ex fructu arbor cognoſcit
Progenies viperaz. quo̅ po-
testis bona loq; cũ sitis mali:
Ex habũdãtia enĩ cordis os
loquit̃. Bon⁹ hõ de bono the-
sauro pfert bona: ⁊ mal⁹ hõ
de malo thesauro pfert mala
Dico aũt vobis: qm̃ oẽ ver-
bũ otiosum qd̃ locuti fuerint
hoiel reddent d̃ eo rõne̅ in die
iudicij. Ex verbis enĩ tuis iu-
stificaberis: ⁊ ex verbis tuis
condẽnaberis. Feria. vi.

In. i. t. In Scd̃m Lucam
Interrogatus ihesus a phari
seis qm̃ venit regnũ dei: rñdit
eis ⁊ dixit. Nõ venit regnum
dei cũ obseruatiõe: neq; dicẽt
ecce illic. Ecce enĩ regnũ dei in-
tra vos e̅. Et ait ad discipl̃os
suos. Veniẽt dies qm̃ desi-
deretis videre vnũ die̅ filij hois:
et nõ videbitis. Et dicẽt vobis
Ecce hic: ⁊ ecce illic. Nolite ire:
neq; sectemi. Naz sicut fulgur
coruscãs d̃ sub celo in ea que
sub celo sunt fulget: ita erit fili
us hois in die sua. Primũ aũt
oportet eũ mlta pati: ⁊ repro-
bari a generatiõe hac. Et si-
cut factũ est i dieb⁹ noe: ita erit
in diebus filij hois. Edebãt et
bibebãt: uxores ducebãt ⁊ da
bant̃ ad nuptias. usq; i die
qua intrauit noe in arcã. ⁊ ve
nit diluuiũ. ⁊ pdidit oẽs. Si
milit̃ factũ est i dieb⁹ loth. Ede
bãt ⁊ bibebãt emebãt ⁊ vẽde-
bant. plantabant ⁊ edifica-
bant. Qua die aut̃ exijt loth
a sodomis: pluit ignem ⁊ sul-
phur de celo ⁊ omes prdidit
Scd̃m hec erit: qua die filius
hominis revelabit̃. In illa ho
ra qui fuerit in tecto ⁊ vasa ei
us in domo: non descẽdat tol-
lere illa. Et qui in agro: simili
ter non redeat retro. Memo-
res estote uxoris loth. Qui-

cunq; autem quesierit animā
suam saluā facere: perdet illaz
Et quicūq; perdiderit illam p
pter me: viuificabit eam. Di
co autez vobis. In illa nocte
erunt duo in lecto uno: unus
assumet̄ z alt̄ relinquet̄. Due
erunt molentes in unuz: una
assumet̄ z altera relinquetur
Duo in agro: unus assumet̄
et alter relinquet̄. Rñdentes
dicunt ei. Ubi dñe: Qui dixit
eis. Ubicūq; fuerit corpus: il
luc cōgregabunt̄ aquile.

Dñica in quinquagesima.

ESto mihi i deū protecto
rem et i locum refugii ut
saluū me facias qm firmamētū
meū et refugiū meū es tu et pro
pter nomē tuū dux mihi eris et
enutries me: ℣ In te dñe spa
ui nō confundar i eternū in iusti
cia tua libera me et eripe me.

℟ Reces nr̄as qs̄ **Collect.**
dñe deme̊ exaudi: atq;
a pcōz vinculi absolui. ab oi
nos aduersitate custodi. ℣ d

HRēs. **Ad Corinthios.**
Si linguis hominū lo
quar z angeloz. charitatē au
tem non habuam. factus sum
velut es sonans. aut cymba
lum tinniens. Et si habuero
pphetiā. z nouerim mysteria
oia z oēm sciētiā z habuero
oēm fidem ita ut mōtes trās
feram: charitatē autez nō ha
buero. nichil sum. Et si distri
buero in cibos paupz omēs
facultates meas. z si tradide
ro corpus meū ita ut ardeaz:
charitatē autem non habue
ro. nihil michi pdest. Charī
tas patiēs ē. benigna ē. Cha
ritas nō emulat̄. nō agit ppe
ram. nō inflat̄. non est ambi
ciosa: nō querit que sua sunt.
Nō irritat̄. nō cogitat malū.
nō gaudet sup iniq̄tate: con
gaudet aūt veritati. Oia sus
tert. oia credit. oia spērat. oia
sustinet. Charitas nunq̄ exci
dit. Siue pphetie euacuabūt̄
siue lingue cessabūt: siue sciēcia
destruetur. Ex pte enī cognos
cimus. z ex parte pphetamus
Cū autem venerit qđ pfectuz
est: euacuabit̄ qđ ex parte est.
Cum essem paruulus loque
bar ut paruulus. sapiebam

vt parvulus: cogitabã vt parvulus. ℣ñ aũt factꝰ sum vir: euacuaui q̃ erãt parvuli. Videmus nũc p̃ speculũ in enigmate: tũc aũt facie ad faciem. ℣ñ aũt cognosco ex parte: tunc aũt cognoscã sicut ↄ cognitꝰ sũ ℣ñ aũt manent. fides. spes. charitas: tria hec. ℣maior autem horum: est charitas. Gℓ

℣. Tues dñs qui facis mirabilia solus notã fecisti i gẽtib⁹ virtutẽ tuam ℟ Liberasti i brachio tuo populũ tuũ filios isrl et ioseph. Iubilate dño ois terra seruite dño in leticia. ℟ Intrate in cõspectu eiꝰ in exultatione ℟ Scitote qꝺ dñs ipse ẽ dñs. ℟ Ipse fecit nos et nõ ipsi nos ℟ Nos aũt populus eiꝰ et oues pascue eius. Trac⁹.

Sc̃dm Lucam.

℣ In illo tempore. ℣ssumpsit ihesus duodecim discipulos suos: ↄ ait illis. Ecce ascendimꝰ hierosolymã: ↄ cõsummabũtur omnia que scripta sunt p prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus ↄ illudetur: ↄ flagellabit ↄ conspuetur. Et postq̃ flagellauerint. occident eum: ↄ die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbum istud absconditum ab eis: et non intelligebãt que dicebantur. ℣factum est autem cũ appropinquaret hiericho: cecus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam p̃tereuntem: interrogabat quid hoc esset. Dixerũt autem ei: qꝺ ihesus nazarenus transiret. Et clamauit dicens Jesu fili dauid: miserere mei Et qui precibant: increpabãt eũ vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: ℣fili dauid miserere mei. Stans autem ihesus: iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset: interrogauit illum dicẽs. Quid tibi vis faciam: ℣t ille dixit. Domine: vt videam. Et ihesus dixit illi. Respice. ℣fides tua te saluum fecit. Et cõfestim vidit: ↄ sequebatur illũ magnificans deum. Et omis plebs vt vidit: dedit laudẽ dO

℟ Benedictus es dñe Off.

doce me iustificatiões tuas in la-

℣ Benedictus es dñe doce me iustificationes tuas /

biis meis pronũciaui omnia iudicia oris mei. Secreta.

Hec hostia dñe qs emundet nra delicta 7 sacrificiũ celebrã dũ subditoꝝ tibi corpa mentesq; sanctificet. ℣ dñm Com

Manducauerũt et saturati sũt nimis et desiderium eorum attulit eis dominus non sunt fraudati a desiderio suo. Complẽ.

Quesumus omnipotens deus: vt qui celestia alimenta pcepimus. per hec contra omia aduersa munimur. ℣ dñz

Feria.iiij. in capite ieiunij ℟ Reductio cinerum. Adiutoriũ nostrum in noie domini. Qui fecit celum et terram. Oremus.

Omnipotens Oratio: sempiterne deus: parce metuentib' ppiciare supplicibus 7 mittere digneris sanctum angelũ tuũ de celis. q̃ bñ ✠ dicat 7 sanc ✠ tificet cinereꝰ istos: vt sint remediũ salutare oĩb' nomẽ sanctũ tuũ hũiliter implorantibus. ac semetipsos p conscientia delictorũ suorũ accusantibus. atq; añ conspectũ diuine clemẽtie tue facinora sua deplorãtib'. vel serenissimã pietatem tuã supplicíter obnixeq; flagitantib' et presta p inuocationẽ sanctissimi noĩs tui: vt quicũq; eoꝝ sup se asperserint p redemptiõe pcõꝝ suoꝝ. 7 corpis sanitatẽ capiant 7 aie tutelã. ℣ dñm

Deus qui humiliatione Oratio: flecteris et satisfactiõe placaris: aurẽ tue pietatis inclina pcibus nris. et capitibus seruoꝝ tuoꝝ hyrum cinerũ aspersiõe attactis effunde ppicius gram tue ✠ benedictionis. vt eos 7 spũ compunctionis repleas. 7 q̃ iuste postulauerint efficaciter tribuas 7 cõcessa perpetua stabilitate manere ifactos dñer

Bene ✠ Oro. dicdñe qs creaturã istã cineris quã fieri voluisti. vt sit remediũ aiaꝝ. q̃ hãc ad hũiliandũ semetipos super capita sua pnũt. cõcede vt sint nomi tuo dicati. 7 a molestia pcõꝝ liberati. ℣. Ad aspsionẽ aq añ. Exaudi nos dñe qm benigna ẽ misericordia tua secũz multitu-

dñé miserationũ tuarũ respice nos dñe. ℣ Saluũ me fac de⁹ qm̃ intrauerũt aque vsq; ad animam meam. ℟ xaudi. Colle.

OOncede nobil dñe qm̃s ꝓlidia militie christiane sc̃is inchoare ieiunijs. vt contra spũales neqũcias pugnaturi. continẽtie salutaris muniamur auxilijs. ℔ christũ. Dando ipib⁹ cinerẽ dicat ad ℣. emẽto homo quia quẽlibet cinis es et i cinerẽ reuerteris añ ¶ mmutemur habitu i cinere et cilicio ieiunem⁹ et plorem⁹ ante dñm quia multũ misericors est dimittere pcã nr̃a ds nr̃. Mñ. ¶ uxta vestibulũ et altare plorabũt sacerdotes et leuite ministri dñi et dicẽt. parce dñe ꝑce ꝓpulo tuo et ne dissipes ora damantiũ ad te dñe. ℟ in processione ℟ mẽdem⁹ in meli⁹ qd̃ ignorant̃ peccauim⁹ ne subito preoccupati die mortis queram⁹ spaciũ pnitentie et inuenire nõ possim⁹. Attẽde dñe et miserere quia peccauimus tibi. ℣ Peccauim⁹ cũ pr̃ib⁹ nr̃is iniuste egim⁹ iniquitatẽ fecimus. Attende. ℣ Ad missam.

MIsereris oium dñe et nihil odisti eorũ que fecisti dissimulãs pcã hoium propt̃ pnitẽtiã et pcés illis quia tu es dominus ds nr̃. ℣ Miserere mei ds miserere mei qm̃ in te cõfidit aia mea. ℟ loria pr̃i. Dominus vobiscũ. Oremꝰ. ℟ lectam⁹ genua. Leuate. Sic fiat ꝑ totã quadragesimã ferialibus diebus. Collecta.

OResta dñe fidelib⁹ tuis vt ieiunioꝝ veneranda solẽnia. ꝛ cõgrua pietate suscipiãt. ꝛ secura devotiõe ꝓcurrant. ℔. Lectio. Joel ꝑphe

DEt dicit dñs ds. Cõuertimĩ ad me i toto corde vr̃o. i ieiunio ꝛ fletu ꝛ plãctu: et scidite corda vr̃a ꝛ nõ vestimẽta vr̃a. Et conuertimi ad dñm deũ vr̃m: qa benignus ꝛ misericors ẽ. patiẽs ꝛ multuꝝ misericors ꝛ ꝑstabilis sup malicia. Quis scit si cõuertatur et ignoscat ds. ꝛ rrelinquat ꝓ se bñdictionẽ: Sacrificiũ ꝛ libamen dño deo nr̃o. Canite tuba in sion: sctificate ieiuniũ vocate cetũ cõgregate ꝓpulũ

sanctificate ecclesiā. coaduna-
te senes. cōgregate puulos et
sugētes vbera. Egrediat sponsus de cubili suo: et sponsa de
thalamo suo. Inter vestibulū
et altare plorabūt sacerdotes
et leuite ministri dñi: et dicent:
Parce dñe: parce pplo tuo: et
ne des hereditatē tuā in oppro-
briū. vt dñent eis nationes.
Quare dicūt in pplis vbi ē ds
eoz: zelat ē dūs terraz suaz: et
pperc̄t populo suo. Et rūdit do-
min⁹: et dixit populo suo. Ecce
ego mittā vobis frumentū et
vinū et oleū. et replebimi in eis
et nō dabo vos vltra obpro-
briū in gētib⁹. Dicit dñs ops
℣. Miserere mei ds misere- ℟. re mei qm̄ in te cōfidit aia mea:
℣. Misit de celo et liberauit me
dedit in opprobriū conculcātes
me. ℟. Dñe nō secōm peā. ℣. Tract⁹. ne
mīa facias nobis neq; secōm ini-
quitates nr̄as retribuas nobis
℣. Dñe ne memineris iniquita-
tū nr̄arū antiquaz cito anticip̄et
nos misericordie tue quia pau-
peres facti sumus nimis. ℣. In
genibus. Adiuua nos ds sa-
lutaris nr̄ et propter gloriā nois
tui dñe libera nos et propicius
esto peccatis nr̄is propter nomē tu
um. Predict⁹ tract⁹ dr̄ p totaz
quadragesimā quartis et se-
xtis feriis qñ de feria tenetur

In.i.t.Di. Secōm Matth.
ie. dixi. l. Cū ieiunatis: no
lite fieri sicut hypocrite tristes
Exterminant enim facies suas:
vt pareant hominib⁹ ieiunā-
tes. Amen dico vobis: quia
receperunt mercedem suā. Tu
aūt cū ieiunas vnge caput tu
um. et faciē tuā laua: ne vide a
ris hīb⁹ ieiunās. sed p̄ri tuo
q̄ est in abscōso. Et pat̄ tuus q̄
videt in abscoso: reddet tibi.
Nolite thesarizare vobis the-
sauros in terra: vbi erugo et
tinea demolitur. et vbi fures
effodiunt et furātur. Thesau-
rizate autem vobis thesauros
in celo: vbi neq; erugo neq; ti
nea demolit̄. et vbi fures non
effodiunt nec furantur. Vbi
enim est thesaurus tuus. ibi ē
et cor tuum. ℣. Offert.
Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti
me nec dilectasti inimicos me os sup

me dñe damaui ad te et sanasti

Hac nos q̄s **Secreta** me: dñe his mūerib⁹ offerēdis cōueniēt aptari. quib⁹ ipsi⁹ venerabilis sacramēti celebramus exordiū. ℣. **Prefatio.**

Qui corpali ieiunio. **que dicit ferialibus diebus. Coīo.**

Qui meditabit in lege dñi die ac nocte dabit fructū suū in tempore suo. **Complenda.**

Perfecta nobis dñe p̄stent sacramēta subsidiū: vt ꝛ tibi grata sint nr̄a ieiunia. ꝛ nobis p̄ficiant ad medelā. ℣. ō

O rem⁹. ꝛ nclinate capita vestra deo. **Et sic fiat p̄r totam quadragesimā p̄t vltimaz complendā. Sup̄ populum.**

Inclinantes se dñe maiestati tue p̄piciatus intende: vt q̄ diuino munere sunt refecti. celestibus semp nutriant̄ auxilijs. ℣ dñm nostrū. **Feria.v.**

DVm clamarē ad dñz exaudiuit vocem meaz ab his qui appropinquant mihi et humiliauit eos qui est ante secula et manet in eternū iacta cogitatū tuū in dño et ipse te enutri-

et. ℣ Exaudi dñs oronē meā et ne despexeris deprationez meaz intende mihi et exaudi me. **Coll.**

O Deus q̄ culpa offenderis penitentia placaris: preces populi tui supplicātis p̄pitius respice: ꝛ flagella tue iracundie que p̄ peccatis nostris meremur auerte. ℣ dñm n.

In dieb⁹ **Lectio Esaie p̄phete.** illis. egrotauit ezechias vsq̄ ad mortē: ꝛ introiuit ad eum esaias fili⁹ amos p̄pha. ꝛ dixit ei. Hec dicit dñs. Dispone domui tue: q̄a morieris tu et nō viues. Et cōuertit ezechias faciē suā ad parietē: ꝛ orauit ad dñm ꝛ dixit. Obsecro dñe memēto q̄so quō ambulaue rim corā te i veritate ꝛ i corde p̄fecto. ꝛ q̄d bonū est i oculis tuis fecerī. Et fleuit ezechias fletu magno. Factūq̄ ē verbū dñi ad esaiā dicēs. Vade: ꝛ dic ezechie. Hec dicit dñs ds dauid p̄ris tui. Audiui oronē tuā ꝛ vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciā sup̄ dies tuos q̄n decim ānos: ꝛ de manu regis assyrioz eruam te. ꝛ ciuitatez

istam ꝛ ꝓtegam eam. Dicit dominus omnipotens. Gx I acta cogitatꝰ tuꝰ in dño et ipse te enutriet. ℣ Dꝰ clamarem ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquãt mihi. Euãgeliꝰ. Cũ introisset iesus. R̃ in dñica A dorate. q̃ est. iij post epyphãie infra octã. xxv. A d te dñe leuaui aiam Off. meam deus meus in te confido nõ erubescã neqꝫ irrideãt me inimici mei eteni vniuersi qui te exꝓctant nõ confundent. Secret Sacrificijs pñtib' dñe qnꝰ intende placatus. vt ꝛ deuotioni nostre ꝓficiãt ꝛ saluti. ℣ A cceptabis sacrificiꝰ Com. iustitie oblationes et holocausta sup altare tuꝰ dñe. Complen. C elestis doni bñdictiõe ꝓcepta. supplices te deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis ꝛ sacramẽti causa sit et salutis. ℣ dñm. Sup ꝑpuluꝫ. P arce dñe pce ꝓpl'o tuo: vt dignis flagellationib' castiga tus in tua miseratione respiret. ℣ dñm. Feria.vi. D ixit dñs et miser' est mihi dñs fact' est adiutor meus ℣ Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me nec delectasti inimicos me Jos super me. Collecta. Jejunata ieiunia q̃s dñe benigno fauore ꝓsequãre. vt obseruãtiã quã corpaliter exhibemus. mẽtib' etiã sinceris exercere valeam'. ℣. Lect. Esaie Hec dicit dñs ds ꝓphete Clama ne cesses. quasi tuba exalta vocẽ tuam: ꝛ annũcia ꝑpulo meo scelera eorũ ꝛ domui iacob ꝓcã eoruꝫ. Me eteni de die in diẽ querũt et scire vias meas volũt: quasi gens que iusticiã fecerit. ꝛ q̃ iudiciũ dei sui non dereliq̃rit. Rogãt me iudicia iustitie: appropiquare deo volũt. Quare ieiunauimus ꝛ nõ aspexisti. Humiliauim' animas nostras ꝛ nescisti: Ecce i die ieiunij vr̃i inuenit voluntas vr̃a: et oes debitores vr̃os repetitis Ecce ad lites ꝛ ad contentiones ieiunatis: ꝛ percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq ad hanc diem: vt audiatur i excelso clamor vester

Nunquid tale est ieiunium
qđ elegi.p diē affligere hpiem
aiam suā: Nūqđ contorqre
quasi circulū caput suū. ꝛ sac-
cū ꝛ cinerē sternere: Nūquid
istud vocauī ieiuniū. ꝛ diē ac
ceptabilē dño: Nonne hpc est
magis ieiuniū qđ elegi: Dis-
solue colligatiōes impietatis
solue fascicl'os deprimētes. Di
mitte eos q̄ cōfracti sūt liberos
et oē on' dirūpe. Frāge esurien-
ti panē tuū: ꝛ egenos vagosq;
induc i domū tuā. Cū videris
nudū operi eū: ꝛ carnē tuā ne
despexeris. Tunc erūpet quasi
mane lumē tuū: ꝛ sanitas tua
citius orietur. Et anteibit faciēs
tua iustitia tua: ꝛ gl'ia dñi col
liget te. Tūc inuocabis ꝛ dñs
exaudiet: clamabis. ꝛ dicet ec-
ce assum. Quia misericors sū:
Dñs deus tuus. Grad.
Ti. nā pcūi a dño hāc requirā vt
inhabitem in domo dñi. ℣ Vt
videā voluntatē dñi et protegar
a templo sancto ei'. S. Matth
M.i.c.Di.ie.dilci.l. Audi-
stis q̄a dictū est antiq̄s: di
liges pximū tuū. ꝛ odio ha-
bebis inimicū tuū. Ego autē
dico vobis. Diligite inimicos
vros: bnfacite his q̄ vos odē-
rūt. Et orate p plequntib' ꝛ ca-
lūniantib' vos. vt sitis filij pa-
tris vri q̄ in celis ē: qui solē su
um oriri facit sup bonos ꝛ ma
los: ꝛ pluit sup iustos ꝛ iniu-
stos. Si enī diligitis eos qui
vos diligūt: quā mercedē ha
bebitis: Nōne ꝛ publicani hoc
faciūt: Et si salutaueritis frēs
vros tantū. q̄d amplī' facitis
Nonne ꝛ ethnici hoc faciunt:
Estote ergo ꝛ vos pfecti: sicut
et pr vr celestis pfect' ē. Atte-
dite ne iustitiam vram faciatis
coram hoīb': vt videami ab eis
Alioq̄n mercedem nō habebi-
tis apud prem vrm: q̄ in celis
est. Cum ergo facis elemosy-
nam: noli tuba canere ante te
sicut hypocrite faciunt in syna-
gogis ꝛ in vicis. vt honorifi-
centur ab hominibus. Amen
dico vobis: receperunt mercē-
dem suā Te aūt faciēte elemo
nā. nesciat sinistra tua q̄d fa-
ciat dextera tua: vt sit elymo tua
in abscōso. Et pr' tu' q̄ videt in

abſconſo:reddet tibi. Off.
Ō ñe viuifica me ſcōm eloquiū
tuū vt ſciā teſtionia tua. Secre:
Sacrificiū dñe obſeruantie
quadrageſimal' offerim⁹ pre
ſta q̄s:vt tibi ꝛ mentes nr̄as
reddat acceptas.ꝛ continētie
pmptioris nobis tribuat fa
cultatē. ℣ dñm noſtr̄. Comū
Seruite dño i timore et exulta
te ei cū tremore apprehēdite di
ſciplinā ne pereatis ō via iuſta.
S pti nobis dñe Complem.
tue charitatis infūde:vt quos
vno celeſti pane ſatiaſti.tua
faciās pietate cōcordes. ℣ do
minū no.eiuſ. Sup ppulū.
Ꝓ uere dñe ppulū tuū.ꝛ ab
oīb⁹ ptis clemēt emūda:q̄a
nulla ei nocebit aduerſitas ſi
nulla dñet iniq̄tas. ℣ dñm.
Audiuit dñs Sabbato
et miſert⁹ ē mihi dñs fact⁹
eſt adiutor me⁹. ℟ Exaltabo
te dñe qm̄ ſuſcepiſti me nec dele
taſti inimicos meos ſuper me.
Gloria patri et filio. Collecta
Obſeruatiōis hui⁹ āmua
celebritate letātes qm̄s
dñe:vt paſchalib⁹ actiōib⁹ intē

rentes.plenis ei⁹ affectib⁹ gau
deam⁹. ℣. Lectio eſaie ꝓphe.
Et dixit dñs dñs. Si ab
ſtuleris ō medio tui ca
tenā.ꝛ deſieris digitū tuū ex
tendere.ꝛ loq̄ qd̄ nō ꝓdeſt:cui
effuderis eſurienti aiaz tuā.et
aiaz afflictā repleueris: oriet̄
in tenebris lux tua.ꝛ tenebre
tue erūt ſicut meridies.Et re
quiē tibi dabit dñs ds tu⁹ ſp:
et implebit ſplēdoribus aiaz tu
am ꝛ oſſa tua libabit Et eris
quaſi hort⁹ irrigu⁹:ꝛ ſicut fons
aquarū cui⁹ nō deficiēt aq̄.Et
edificabuntur in te deſerta ſe
culorum: fundamenta gene
ratiōis ꝛ generatiōis ſuſcita
bis. Et vocaberis edificator
ſepiū:auertēs ſemitas iniqui
tatū. Si auerteris a ſabba
to pedē tuū facere voluntatē tu
am i die ſcō meo.ꝛ vocaberis
ſabbatū delicatum ꝛ ſcm̄ dñi
gl'iosū.ꝛ gl'ificaueris eū dum
nō facis vias tuas:ꝛ nō inue
nit̄ voluntas tua vt loquaris
ſermonē: tūc delectaberis ſup
dño.ꝛ ſuſtollā te ſup altitudi
nē terre ꝛ cibabo te hereditate ia

tob patris tui. Os enī dñi locutum est hec. **Graduale.**
Una petii a dño hanc requiram vt inhabitem in domo domini. ℣ Vt videam voluntatē dñi et protegar a templo sancto eius.
In illo tpe Cū Sedm Marcū sero esset factū: erat nauis in medio mari et ihesus solus in terra. Et videns eos laborantes in remigādo: erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartā vigiliā noctis. venit ad eos ambulās sup mare: et volebat pterire eos. At illi vt viderūt eū ambulantē sup mare: putauerunt fantasma esse. et exclamauerūt. Omēs enī eum viderūt: et conturbati sūt Et statim ihesus locut' est cum eis: et dixit illis. Confidite ego sum: nolite timere. Et ascēdit ad illos in nauim: et cessauit ventus: et plus magis intra se stupebant. Non enī intellexerant de panibus: erat enim cor eorū obcecatū. Et cū trāsfretassent: puenerūt in terrā genezareth et applicuerūt. Cūq egressi essent de naui: cōtinuo cognouerunt eū. Et percurrentes vniuersam regionē illam ceperūt in grabatis eos qui se male habebāt circūferre. vbi audiebāt eū esse. Et quocūq introibat in vicos vel in villas aut in ciuitates: in plateis ponebant infirmos. et deprecabantur eū vt vel fimbriā vestimenti ei' tangerēt. Et quotquot tāgebāt eū: salui fiebāt.
Oēne viuifica me sedm eloquiū tuū vt sciā testionia tua. **Offe.**
Suscipe dñe sacrificiū cui' te voluisti dignāt immolatiōe placari: pra qs. vt hui' operatiōe mūdati. būplacitū tibi nre mētis offeramus affectum. ℣ dñm no. **Comū.**
Seruite dño in timore et exultate ei cū tremore apprehēdite disciplinā ne peatis de via iusta.
Celestis vite mūere **Compl.** vegetati. qs dne: vt qd est nobis in pīnī vita mysteriuz. fiat eternitatis auxiliū. ℣. **Sup**
Fideles tui ds p tua dona firmēt: vt eadē et pcipiēdo rectrāt. et qrēdo sine fine pcipiant. ℣ dñm nostrū ihesum.

Dñica prima in quadrage/sima.

INuocauit me et ego exaudiã eum eripiaz eum et glorificabo eũ longitudine diez adimplebo eũ. ℣ Qui habitat in adiutorio altissimi i protectione dei celi cõmorabit. Gloria.

DEus qui ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatiõe purificas: presta familie tue. vt qd̃ a te obtinere abstinẽdo nititur. hoc bonis operibus exequatur. ℣. Ad Corinthios

FRatres. Hortamur vos ne inuacuũ gratiaz dei recipiatis. Dicit enĩ. Tempore accepto exaudiui te: et i die salutis adiuui te. Ecce nũc tempus acceptabile: ecce nũc dies salutis. Nemini dantes vllaz offensionẽ: vt nõ vituperet ministeriũ nostrz. Sed in omnibus exhibeam9 nosmetipsos sicut dei ministros: in multa patiẽtia. in tribulatiõib9. i necessitatib9. in angustijs. i plagis: in carceribus. in seditiõib9. in laboribus. in vigilijs. in ieiunijs. in castitate. in sciẽtia. in longanimitate. in suauitate. in spũsancto. in charitate nõ ficta. in verbo veritatis. i virtute dei. Per arma iustitie: a dextris et a sinistris. Per gloriam et ignobilitatẽ: per infamiam. et bonã famã. vt seductores: et veraces. Sicut ignoti: et cognoti. Quasi morientes: et ecce viuim9. Vt castigati et nõ mortificati. Quasi tristes. semper autez gaudentes. Sicut egentes: multos autez locupletãtes. Tanq̃ nihil habentes: et oia possidentes. ℣ Angelis suis mãdauit de te vt custodiãt te in omnib9 viis tuis. ℣ In manibus portabũt te: ne vnquã offendas ad lapidem pedem tuum. Tractus.

QVi habitat i adiutorio altissimi: in protectiõe dei celi cõmorabit. ℣ Dicet dño susceptor me9 es. et refugiũ meũ deus meus sperabo in eũ ℣ Qm̃ ipse liberauit me de laqueo venãtiũ et a verbo aspero. ℣ Scapulis suis obũbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis. ℣ Scuto circũdabit te veritas eius: nõ timebis a

timore nocturno. ℣ A sagitta volante p diē a negocio pambulāte i tenebris. a ruina et dēmonio meridiano. ℣ Cadent a latere tuo mille et decē milia a dextris tuis tibi aūt nō appropiquabit. ℣ Qm̄ angelis suis mādauit d̄ te vt custodiāt te i oib⁹ viis tuis. ℣ In manibus portabūt te ne vnquā offendas ad lapidē pedē tuū. ℣ Sup aspidē et basiliscū ambulabis et cōculcabis leonē et draconē. ℣ Qm̄ i me sperauit liberabo eū protegā eū qm̄ cognouit nomē meū. ℣ Jnuocauit me et ego exaudiā eū cū ipso sum in tribulatiōe. ℣ Eripiā eū et glorificabo eū. ℣ Longitudine dierū adimplebo eū et ostendam illi salutare meū. Sēdm

Matthēū

In illo tpe. Ductus est iesus in desertū a spū: vt temptaret a diabolo. Et cū ieiunasset quadragīta diebus ⁊ quadraginta noctibus: postea esurijt. Et accedēs temptator: dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est. Non in solo pane viuit hō: sed i omni verbo quod ꝓcedit de ore dei. Tunc assumpsit eū diabolus in sanctā ciuitatē: ⁊ statuit eū supra pinnaculū templi et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptū est enī quia angelis suis mādauit de te. ⁊ i manibus tollēt te. ne forte offendas ad lapidē pedem tuū. Ait illi iesus rursū. Scriptum est. Non temptabis dn̄m deū tuū. Iterum assumpsit eum diabolus i montem excelsum valde: ⁊ ostendit ei oia regna mūdi ⁊ gloriā eorum. ⁊ dixit illi. Hec oia tibi dabo: si ꝓcidens adoraueris me. Tūc dicit ei iesus. Vade sathanas. Scriptū est enī Dominū deū tuū adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliqt eum diabolus ⁊ ecce angeli accesserunt: ⁊ ministrabant ei.

Off.

Scapulis suis obūbrabit tibi dominus et sub pennis eius spabis scuto circūdabit te veritas eius.

Secreta.

Sacrificiū quadragesimalis initij solemniter īmolam⁹.

te dñe deprecantes: vt cū cupularum restrictiōe carnaliū. a noxijs quoq; voluptatib⁹ tē peremur. ℣. Hic dicet prefatio quotidiana. Similiter et in alijs dñicis. Com.

Scapulis suis obūbrabit tibi et sub pennis eius sperabis scuto circūdabit te veritas ei⁹. Com.

Tui nos dñe sacramenti libatio sancta restaurz et a vetustate purgatos. i mysterij salutaris faciat transire consortium. ℣. Feria.ij.

Sicut oculi seruoz in manibus dñoz suoz ita oculi nostri ad dñz deū nr̄z donec misereat nostri miserere nobis domine miserere nobis. ℟ Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Collecta

Quuerte nos de⁹ salutaris noster: et vt nobis iciuniū quadragesimale pficiat mētes nr̄as celestibus instrue disciplinis. ℣. Lectio Ezechielis pphete.

Hec dicit dñs deus. Ecce egoipse requirā oues meas: et visitabo illas. Sicut pastor visitat gregem suū in die qū fuerit in medio ouiū suarū dissipatarū: sic visitabo oues meas et liberabo eas de oībus locis in quibus dispersē fuerāt in die nubis et caliginis. Et educaz eas de populis. et congregabo eas de terris. Et inducā eas in terrā suā. et pascā eas in montibus israel: in riuis et in cunctis sedib⁹ terre. In pascuis vberrimis pascā eas: et in mōtibus excelsis israel erunt pascue earū. Ibi requiescēt in herbis virentib⁹: et in pascuis pinguib⁹ pascent sup mōtes israel. Ego pascaz oues meas: et eas accubare faciā dicit dñs deus. Od̄ perierat requiram. et qd̄ abiectū fuerat reducam: et qd̄ confractū fuerat alligabo Et qd̄ infirmū fuerat consolidabo: et qd̄ pingue et forte custodiaz. Et pascā illas in iudicio et iustitia. Dicit dñs ops.

℣ Protector noster aspice Gz deus et respice super seruos tuos ℟ Dñe deus virtutū exaudi preces seruoz tuoz. Seqūz mat Millo.t. Di.ie. di.s. chm:

Cū venerit filius hois i maie
state sua. ⁊ oēs angeli cuꝫ eo:
tūc sedebit sup sedē maiestatis
sue. Et cōgregabunt ante cuꝫ
oēs gentes:⁊ sepabit eos ab
inuicem sicut pastor segregat
oues ab hedis. et statuet oues
quidē a dextris suis:hedos aūt
a sinistris. Tūc dicet rex his q̄
a dextris eius erūt. Venite be
nedicti patris mei: possidete
paratū vobis regnū a cōsti-
tutiōe mūdi. Esuriui enī:⁊ de
distis mihi māducare. Siti-
ui:⁊ dedistis mihi bibere. Ho
spes erā.⁊ collegistis me. Nu
dus:⁊ cooperuistis me. In
firm⁹:⁊ visitastis me. In car
cere eram:⁊ venistis ad me.
Tūc respondebūt ei iusti dicē-
tes. Dñe:qñ te vidim⁹ esurie-
tem ⁊ pauim⁹. sitiētem ⁊ dedi-
mus tibi potū: Dñ aūt te vi-
dimus hospitem ⁊ collegimus
te. aut nudum ⁊ cooperimus te:
Aut qñ te vidim⁹ infirmum
aut in carcere. ⁊ venim⁹ ad te
Et respondens rex dicet illis.
Amen dico vobis:q̄diu fecī-
stis vni de his fratrib⁹ meis
minimis. mihi fecistis. Tunc
dicet ⁊ his qui a sinistris eius
erūt. Discedite a me maledi-
cti in ignem eternū: qui para
tus est diabolo ⁊ angelis ei⁹.
Esuriui enī. ⁊ nō dedistis mi-
hi manducare. Sitiui:⁊ non
dedistis mihi potum. Hospes
eram:⁊ nō collegistis me. Nu
dus:⁊ nō cooperuistis me. In
firmus ⁊ in carcere:⁊ nō visi-
tastis me. Tunc respondebūt
ei et ipsi dicētes. Dñe:qñ te vi
dimus esurientē aut sitientē.
aut hospitem. aut nuduꝫ. aut
infirmuꝫ vel in carcere.⁊ non
ministrauim⁹ tibi. Tūc respō
debit illis dicens. Amen dico
vobis:q̄diu non fecistis uni
de minorib⁹ his :nec mihi fe-
cistis. Et ibunt hi in supplicū
eternū:iusti autem: in vitam
eternam. Offertoriū.

Lauabo oculos meos et consi-
derabo mirabilia tua dñe ut do
ceas me iusticiam tuam da mi-
hi intellectum ut discam māda-
ta tua: Secreta.

Munera dñe oblata sancti-
fica:noscꝫ a peccatoꝫ nostroꝫ

maculis emũda. ℣. Cõm
U. oce mea ad dñm damaui et
exaudiuit me ɔ mõte sancto suo
non timebo milia ꝓpuli circum
dantis me. Complẽda.
Salutaris tui dñe munere
saciati. supplices exoram⁹. ut
cuius letamur gustu. renoue
mur effectu. ℣. Sup ꝑ.
Absolue qñs dñe nostrorũ
vincula peccatoꝝ: ⁊ quicqd p
cis meremur ꝓpiciatus exclu
de. ℣ dñm nr̃m. Feria.iij
Domine et refugium facꝰ
es nobis a generatione et
progenie a seculo et in seculũ tu
es. ℣ Priusqã montes fierẽt
aut formaretur terra et orbis.
Gloria patri et filio. Collecta.
Respice dñe familiã tu-
am: ⁊ pst̃a. ut apud te
mens nostra tuo desiderio ful
geat. que se carnis macteratio-
ne castigat. ℣. Lectio Esaie
In diebus illis. prophte.
Locutus est esaias ꝓphta
dicẽs. Querite dñm dũ inue
niri ꝓtest: inuocate eũ dũ ꝓpe
est. Derelinquat impius viã
suã. ⁊ vir iniquus cogitatio-
nes suas: ⁊ reuertat ad dñm
et miserebit eius. ⁊ ad deũ no
strum. qm̃ multus ẽ ad igno
scendũ. Non enī cogitationes
mee cogitationes vestre: neq;
vie vestre vie mee dicit dñs.
Quia sicut exaltant celi a ter-
ra. sic exaltate sunt vie mee a
viis vestris: ⁊ cogitationes
mee a cogitatiõibus vestris.
Et quomodo descendit imbr
et nix de celo. illuc vltra non
reuertit. sed inebriat terraꝝ et
infundit eam. ⁊ germinare eaꝝ
facit. ⁊ dat semen serenti. ⁊ pa
nem comedenti: sic erit verbũ
meũ qd̃ egredietꝰ de ore meo.
Non reuertetꝰ ad me vacuũ:
sed faciet quecunq; volui. ⁊ p
sperabit in his ad que misi il
lud. Fiat dñs ops. Gradual
Dirigat oro mea sicut incensuꝝ
in cõspectu tuo dñe. ℣ Eleuatio
manuũ mearũ sacrificiũ vesper-
tinum. Scõm Matthæum.
In illo tpe. Cuꝝ intrasset ihesus
hierosolymã: cõmota est vni
uersa ciuitas dicens. Quis ẽ
hic: Populi aũt dicebãt. Hic
est ihesus ꝓpha: a nazareth ga

lilee. Et intrauit ihesus in templum dei. ꝛ eijciebat oēs vendentes ꝛ ementes in templo: et mensas numulariox ꝛ cathedras vendentiuꝫ colūbas euertit. Et dicit eis. Scriptuꝫ est: quia domus mea domus orationis vocabit. Vos autē fecistis illam spēluncaꝫ latronum. Et accesserūt ad eum ceci ꝛ claudi in templo: ꝛ sanauit eos. Videntes autē principes sacerdotū ꝛ scribe mirabilia q̄ fecit. ꝛ pueros clamantes in templo ꝛ dicētes. osanna filio dauid: indignati sūt et dixerūt ei. Audis q̄d isti dicunt: Jesus autem dixit eis. Vtiq;. Nunq̄ legistis. q̄a ex ore infantiū ꝛ lactentiū perfecisti laudem: Et relictis illis: abijt foras extra ciuitatē in bethaniam: Jbiq; mansit: et docebat eos de regno dei. Off In te speraui dñe dixi tu es deus meus in manib⁹ tuis tpa mea:

Oblatis q̄sumus dñe placare muneribus. ꝛ a cunctis nos defende periculis. ℣ Cum invocarē te et ex- Com. audisti me deus iusticie mee. in tribulatione dilatasti mihi miserere mihi dñe et exaudi orationem meam. Complenda.

Oueiumus op̄s deus: vt illi⁹ salutaris capiamus effectū. cuius per hec mysteria pign⁹ accepimus. ℣. Sup populū Ascendant ad te dñe preces nostre: ꝛ ab ecclesia tua cūctaꝫ repelle nequitiam. ℣ dñm n: Feria.iiij.quatuor temporꝫ.

Reminiscere miserationū tuaꝫ dñe et misericordie tue que a seculo sunt ne vnquaꝫ dñent nobis inimici nri libera nos deus israel ex oibus angustiis nris. ℣ Ad te dñe leuaui aiam meā de⁹ me⁹ in te cōfido n erubescā. Sine Oēs vobiscū Orem⁹. Flectamus ge. Leuate.

Preces nras q̄s Colle. dñe clementer exaudi: ꝛ cōtra cūcta nobis aduersantia. dexterā tue maiestatis extende. ℣. Lectio libri Exodi.

In diebus illis. Dixit dñs ad moysen. Ascēde ad me in montē. ꝛ esto ibi: dabōq; tibi duas tabulas lapideas. ꝛ

legem ac mãdata que scripsi: vt doceas filios israel. Surrexerũt moyses ⁊ iosue minister eius: ascẽdensq; moyses in mõtem dei. senioribꝫ ait. Expectate hĩ: donec reuertamur ad vos Habetis aaron ⁊ hur vobiscum: si qd natũ fuerit questionis referetis ad eos. Cũq; ascendisset moyses. operuit nubes montez: ⁊ habitauit gloria dñi sup synai: tegẽs illum nube sex dieb⁹. Septimo autem die: vocauit eũ de medio caliginis. Erat autem species glorie dñi quasi ignis ardẽs supra verticẽ montis in cõspectu filioz israel. Ingressusq; moyses mediũ nebule. ascendit in montem: ⁊ fuit ibi quadraginta dieb⁹: ⁊ quadragita noctibus. **Graduale.**

Tribulatiões cordis mei dilatate sũt de necessitatib⁹ meis eripe me dñe. ℣ Vide humilitatez meam et laborẽ meũ et dimitte oia peccata mea. **Hic dr** Dominus vobiscũ. **O**rem⁹: **H**lectamus ge**L**rua. **Coll.**

Deuotionẽ pñi tui qs domine benigne intende: vt q̃ per abstinẽtiã macerant in corpe p fructũ boni operis reficiant in mente. ℣. **Lectio libri Regum**

In dieb⁹ illis. Venit hiegumlias in bersabee iuda: ⁊ dimisit ibi puerꝫ suũ. ⁊ pexit in desertũ: viã vniul diei. Cũq; venisset ⁊ sederet subter vnã iuniperũ: petiuit aie sue vt moreretur ⁊ ait. Sufficit mihi dñe tolle queso aiam meaz. Necq; eni melior sum. q̃ patres mei. Proiecitq; se: ⁊ obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus dñi tetigit eum: dixitq; ei. Surge comede. Et respexit: et ecce ad caput suũ subcinericius panis ⁊ vas aque. Comedit ergo ⁊ bibit: ⁊ rursum obdormiuit. Reuersusq; ẽ angelus dñi secũdo. ⁊ tetigit eũ: dixitq; illi. Surge comede: grãdis eni tibi restat via. Qui cũ surrexisset: comedit ⁊ bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ quadragita diebus et quadragita noctib⁹: vsq; ad montem dei oreb. **Tractus.**

De necessitatib⁹ meis eripe me

dñe vide hūilitatē meā et labo-
rem meuz et dimitte oia pcata
mea. ℣ Ad te dñe leuaui aiaz
meā ds me⁹ i te cōfido nō erube
scā neqz irrideāt me ūmici mei.
℣ Etenim vniuersi qui te exp-
ctant nō confundent.confundāt
oēs facientes vana. Tractus.
Dñe non scdm pcata. xxxiij.
Mat.i.t.Actes. Scdz Mat.
scrūt ad ieluz scribe ⁊ pha-
rise i.dicētes.Magister:volu
mus a te signuz videre. Qui
rūdēs ait illis. Generatio ma
la et adultera signū querit: ⁊
signū nō dabit ei nisi signuz
ione pphete. Sicut eni fuit io
nas in ventre ceti trib⁹ dieb⁹
et tribus noctib⁹: sic erit filius
hois in corde terre trib⁹ dieb⁹
et tribus noctib⁹. Viri niniui
te surgent in iudicio cū gene-
ratiōe ista. ⁊ condēnabūt eā:
qa pœnitentiā egerūt in pdica
tiōe ione. Et ecce plus qz iona
hic. Regina austri surget i iu
dicio cū generatiōe ista. ⁊ cō-
demnabit eā: qa venit a fini-
bus terre audire sapientiam
salomonis. Et ecce plusqz sa-
lomon hic. Cū aūt imundus
spūs exierit ab hoie: ambulat
p loca arida. querēs requiez
et nō inuenit. Tunc dicit. Re-
uertar in domū meā: vñ exiui
Et veniēs: inuenit eā vacan-
tem. scopis mūdatā ⁊ orna-
tam. Tūc vadit ⁊ assumit se-
ptem alios spūs secū nequio
res se ⁊ intrātes habitant ibi
Et fiūt nouissima hois illius
pziora priorib⁹. Sic erit ⁊ ge
nerationi huic pessime. Adhuc
eo loquēte ad turbas: ecce mr
eius ⁊ frēs stabāt foris que-
rentes loq ei. Dixit aūt ei qui
dam. Ecce mr tua ⁊ frēs tui fo
ris stant: querētes te. At ipse
respondēs. dicēti sibi ait. Que
est mr mea. ⁊ q sunt frēs mei:
Et extendēs manū in discipu
los suos: dixit. Ecce mr mea:
et frēs mei. Quicūqz eni fece-
rit voluntatē pris mei q in ce-
lis ē: ipse meus frat: ⁊ soror ⁊
mater est. Offertorium.
Meditabar i mādatis ei⁹ que
dilexi valde et leuabo man⁹ me
as ad mādata tua que dilexi.
Hostias tibi dñe Secreta.

plcatiõis offerim⁹. vt ꝛ delicta nr̃a miserac⁹ absoluas. et mutãtia corda tu dirigas. ℣ Intellige clamorẽ meũ. Com. Intende voci or̃onis mee rex meus et deus me⁹ qm̃ ad te orabo domine. Complenda. Tui dñe ꝓceptiõe sacramẽti et a nr̃is mũdemur occultis: et ab hostiũ liberemur insidijs ℣ dñm no. Super ꝑpulũ. Omnes nr̃as qm̃is dñe lumine tue claritatis illustra: vt videre possim⁹ q̃ agẽda sunt: et q̃ recta sunt agere valeam⁹ ℣ dñm nr̃m. Feria.v.

Confessio et pulchritudo in cõspectu ei⁹ sc̃itas et magnificẽtia in sc̃ificatiõe ei⁹. ℟ Cantate dño cãticũ nouũ cãtate dño omnis terra. Collecta.

Deuotionẽ ꝑpli tui dñe q̃sum⁹ benign⁹ intẽde: vt q̃ p abstinẽtiã macerãt in corpre. p fructũ boni operis reficiant in mẽte. ℣. Lectio Ezechielis ꝓphe.

In dieb⁹ illis. Factus est sermo dñi ad me dicẽs. Quid ẽ qd inter vos parabolam istã in terra israel dicẽtes. patres vri comederũt uuã acerbam. ꝛ dẽtes filioꝝ obstupescũt: Viuo ego dicit dñs ds: si erit vobis ultra ꝑabola hec in ꝓuerbiũ in israel. Ecce oẽs aie mee sunt. Vt aia ꝑris: ita et aia filij mea est. Anima q̃ peccauerit: ipsa morit̃. Et vir si fuerit iust⁹. ꝛ fecerit iustitiã. in montibus nõ comederit. ꝛ oculos suos nõ leuauerit ad idola domus israel. ꝛ vxorem proximi sui non violauerit. et ad mulierem menstruatã non accesserit. ꝛ hoiem nõ contristauerit. pign⁹ debitori reddiderit. per vim nihil rapuerit. panem suum esurienti dederit. ꝛ nudum operuerit vestimento. ad vsuram non commodauerit. ꝛ amplius non acceperit. ab iniquitate auerterit manum suam. iudiciũ verum fecerit inter virum et virum. in preceptis meis ambulauerit. et iudicia mea custodierit vt faciat veritatem: hic iustus est. vita viuet. Dicit dominus omnipotens.

Custodi me dñe vt pupil Gẽ.
lam oculi. sub vmbra alaꝝ tuarũ protege me. ℣ De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat oculi tui videant equitatẽ. Sedm Mat.

In illo tpe. Egressus iesus secessit in partes tyri ⁊ sydonis. Et ecce mulier chananea a finib⁹ illis egressa: clamauit dicẽs ei. Miserere mei dñe fili dauid: filia mea male a demonio vexat̃. Qui nõ respondit ei verbũ. Et accedentes discipuli eius: rogabant eum dicentes. Dimitte eam: ꝙa clamat pst nos. Ipse autem respondens ait. Non sum missus: nisi ad oues que perierũt dom⁹ israel. At illa venit et adorauit eũ dicẽs. Dñe: adiuua me. Qui respondẽs ait. Nõ est bonũ sumere panẽ filiorũ: ⁊ mittere canib⁹. At illa dixit. Etiã dñe. Nam ⁊ catelli edũt de micis que cadunt de mensa dominoꝝ suoꝝ. Tunc respõdẽs iesus: ait illi. O mulier. magna ẽ fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius: ex illa hora. Off.

Immittet angelus domini i circuitu timentiũ eum et eripiet eos gustate et videte qm̃ suauis ẽ dominus. Secreta.

Sacrificia dñe qm̃s ista pprium nos saluent: que medicinalib⁹ sunt instituta ieiunijs ꝓ dñm nostrum. Comũ.

Panis quez ego dedero caro mea est pro seculi vita. Compl̃

Tuoꝝ nos dñe largitate donoꝝ: ⁊ tpalibus attolle presidijs. ⁊ renoua sempitnis. ꝓ

Da qs dñe Sup ppulum.

ppulis christianis. ⁊ q̃ pfitẽtur agnoscere. ⁊ celeste munus diligere quod frequentant. ꝓ dñm nostrũ. Feria.vi.

De necessitatib⁹ meis eripe me dñe vide hũilitatẽ meam et laborẽ meũ et dimitte oia pcã mea.. ℣ Ad te dñe leuaui aiaꝝ meã ds me⁹ in te cõfido nõ

Esto dñe Coll̃. ecclesiã tuã pitius plebi tue: ⁊ quã tibi factis cẽ deuotaꝝ benigno refoue miseratus auxilio. ꝓ.

Lectio Ezechiel ppte

Et dixit dñs deus. Alia que peccauerit: ipsa morietur

Filius non portabit iniq̃tatẽ patris:ꝛ pat̃ nõ portabit iniquitatẽ filij. Justicia iusti sup̃ eũ erit:ꝛ impietas impij erit sup̃ eũ. Si aũt impius egerit pœnitentiã ab omnibus pctis suis que opatus est. et custodierit vniuersa p̃cepta mea.ꝛ fecerit iudiciũ ꝛ iusticiam:vita viuet ꝛ non morieꝛ. Omniũ iniq̃tatũ eius quas opatus est. non recordabor: in iustitia sua quã opatus ẽ viuet. Numq̃d volũtatis mee est mors impij dicit dñs de⁹. et non vt conuertat̃ a vijs suis ꝛ viuat? Si autẽ auerterit se iustus a iustitia sua. ꝛ fecerit iniquitatẽ scdm oẽs abhominationes quas opari solet impi⁹: numq̃d viuet? Oẽs iustitie eius quas fecerat: nõ recordabunt̃. In p̃uaricatione qua p̃uaricatus est.ꝛ in pcto suo qd̃ pctauit: in ipsis morient̃. Et dixistis. Non est equa via dñi. Audite domus israel. Numquid via mea nõ est equa.ꝛ non magis vie vestre praue sunt? Cũ enim auerterit se iustus a iustitia sua.ꝛ fecerit iniquitatẽ. morietur in eis. In iniustitia sua quam opatus est: morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua quã opatus est.ꝛ fecerit iudiciuꝫ ꝛ iusticiam: ipse aiam suã viuificabit. Cõsiderans enim ꝛ auertẽs se ab oib⁹ iniq̃tatibus suis quas opatus est: vita viuet ꝛ nõ morietur. Dicit dñs oẽs. Gꝛ. Saluum fac seruum tuum de⁹ meus sperantem in te. ℣ Auribus p̃cipe domine orationẽ meã.

In illo tpe. Scdm Johã. Erat dies festus iudeoꝝ:ꝛ ascendit ihesus hierosolymaꝫ. Est autẽ hierosolymis p̃batica piscina q̃ cognominatur hebraice bethsaida: quinq; porticus habẽs. In his iacebat multitudo magna languentium. ceciꝝ. claudoꝝ. aridorũ: expectantiũ aque motũ. Angelus aũt dñi scdm tempꝰ descendebat in piscinã:ꝛ mouebat̃ aqua. Et q̃ prior descẽdisset in piscinam post motionẽ aque: sanꝰ fiebat a quacunq;

dr̃incbat̃ infirmitate. Erat
aũt quidam hymo ibi. trigin
ta ⁊ octo annos habens ī in-
firmitate sua. Hũc cũ vidisset
ihesus iacentẽ ⁊ cognouisset ꝙa
multũ iaz tps haberet dicit ei.
Vis sanus fieri: Respondit ei
languidus. Dñe hoiem non
habeo: vt cum turbata fuerit
aqua mittat me in piscinam
Dũ venio eni ego: alius an-
te me descendit. Dicit ei ihesus.
Surge tolle grabatũ tuum:
et ambula. Et statim san⁹ fa-
ctus est hymo: ⁊ sustulit gra-
batum suum. ⁊ ambulabat.
Erat aũt sabbatũ in illo die.
Dicebãt ergo iudei: illi qui sa
nus fuerat. Sabbatũ est: nõ
licet tibi tollere grabatũ tuũ.
Respondit eis. Qui me sanũ
fecit ille mihi dixit. Tolle gra
batũ tuũ ⁊ ambula. Interro
gauerũt ergo eũ. Quis est il-
le hymo ꝙ dixit tibi tolle gra-
batum tuũ ⁊ ambula: Js ãt
qui sanus fuerat effectus: ne
sciebat quis esset. Jesus aũt
declinauit a turba constituta
in loco. Postea inuenit eum
ihesus in templo ⁊ dixit illi. Ec
ce sanus fact⁹ es: iam noli pec-
care. ne deterius tibi aliquid
contingat. Abijt ille hymo et
nunciauit iudeis: quia ihesus
esset qui fecit eum sanũ. Off.
Benedic anima mea domino:
et noli obliuisci omnes retribu-
tiones eius et renouabitur sicut
aquile iuuentus tua. Secreta.
Suscipe quesum⁹ dñe mu-
nera nostris oblata seruitijs
et tua ppicius dona sanctifica
Erubescãt et cõturbent Cõm.
oẽs inimici mei auertant̃ retror
sum et erubescãt valde velociter
Per huius dñe Complen.
operationem mysterij ⁊ vicia
nostra purgentur: ⁊ iusta de-
sideria compleantur. Ꝑ dñz
nostrum ie. Sup ppulũ.
Conserua qñs dñe ppuluz
tuum. ⁊ ab oĩbus quas me
retur aduersitatibus redde se
curum: vt tranquillitate pcepta. deuota tibi mẽte deseruiat. Ꝑ. Sabbato. iiij. tporũ.
Inclinet oratio mea i cõspectu
tuo inclina aurẽ tuã ad pcez
meaz dñe. ℣ Dñe deus salutis

nice in die damaui et nocte corā te. ℭ loria Sine ℴ ñs vobiſ. ℴ rem⁹. ℉ lecta.ge. ℰ cuate.

iesus de synagoga: in-
troiuit i domũ simonis. So-
crus autem simonis tenebã-
tur magnis febribꝰ: i roga-

uerunt illum pro ea. Et stans super illam. imperauit febri: et dimisit illaz. Et continuo surgens: ministrabat illis. Cuz sol autem occidisset: omnes q̃ habebãt infirmos varijs lãguoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens: curabat eos. Exibant autem demonia a multis clamantia et dicẽtia: quia tu es filius dei. Et increpans nõ sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse christum. Facta autem die. egressus ibat in desertum locum. Et turbe requirebant euz. Et venerunt vsq; ad ipsum: et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: quia ideo missus sum. Et erat predicans in synagogis galilee. Offert. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine et super iram inimicorum meorum extendes manum mã et saluum me fecit dextera tua. Deus de cuius gra Secreta

tie rore descendit vt ad mysteria tua purgatis sensibus accedamus. presta quesum9: vt in eorũ traditiõe solemnit̃ ignoranda competens deferamus obsequiũ. ℣. Com̃. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis vtinaz dirigantur vie mee ad custodiẽdas iustificationes tuas. Complenda. Sacramenti tui dñe venerãda preceptio. et mystico nos mũdet effectu: et perpetua virtute defendat. ℣. Sup ppulum Subiectum tibi ppulum q̃sumus domie propiciatio celestis amplificet: et tuis semp faciat seruire mandatis. ℣ dñum nr̃m iesum. Feria.vi. Ac mecũ dñe signũ in bono vt videãt qui me oderũt et confundant̃ quũ tu dñe adiuuisti me et consolatus es me. ℣ Inclina dñe aurẽ tuã et exaudi me quoniã iops et pauper sũ ego. Ieiunia nostra Collect. quesumus domie benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimẽtis i corpe. ita a vicijs ieiunem9 in mẽte. ℣ dñ

In dieb⁹ Lectio libri Numeri.
illis. Cōuenerūt filij israel ad moysen ⁊ aaron: et versi i seditionē dixerūt. Da nobis aquas vt bibam⁹. Ingressusq; moyses ⁊ aaron dimissa multitudine ante tabernaculū federis: corruerūt p̄ni in terram: clamauerunteq; ad dñm atq; dixerūt. Dñe deus exaudi clamorē ꝑpli hui⁹: et aperi eis thesaurū tuū fontem aque viue. vt saciati cessēt murmuratio eoꝝ. Et apparuit gloria dñi sup eos. Locutusq; est dñs ad moysen dicēs Tolle virgā ⁊ cōgrega ꝑplum. tu ⁊ aaron frater tuus: et loq̄mini ad petrā coram eis. et illa dabit aquas. Cūq; eduxeris aquā de petra: bibet omis multitudo ⁊ iumēta eius. Tulit igit moyses virgā q̄ erat i conspectu dñi. sicut p̄ceperat ei congregata multitudine ante petram: dixitq; eis. Audite rebelles ⁊ incredulī. Num de petra hac vobis aquā poterimus ēicere: Cumq; eleuasset moyses manū ꝑcutiēs virga bis silicē: egresse sunt aq̄ largissime. ita vt ꝑplus bibēret ⁊ iumēta. Dixitq; dñs ad moysen ⁊ aaron. Quia nō credidistis mihi. vt sanctificaretis me coram filijs israel: nō introducetis ipos ꝑplos in terram quā dabo eis. Hec est aqua cōtradictiōis: vbi iurgati sunt filij israel cōtra dñm: ⁊ sanctificatus est in eis. Graduale In deo spauit cor meū et adiutus sum et refloruit caro mea et ex voluntate mea cōfitebor illi. ℣ Ad te dñe clamaui dē meus ne sileas ne discedas a me.

In illo tpe. Scdm Jo: Venit ihesus i ciuitatē samarie q̄ dr sychar iuxta p̄diū qd dedit iacob filio suo ioseph Erat aūt ibi fons iacob. Jhesus ergo fatigat⁹ ex itinere: sedebat sic sup fontē. Hora autē erat quasi sexta. Venit mulier de samaria. haurire aquā. dicit ei ihesus. Da mihi bibere. Discipuli enī ei⁹ abierāt i ciuitatē vt cibos emerēt. Dicit ergo ei mulier illa samaritana Quō tu iude⁹ cū bis a me bibere poscis

qđe sum mulier samaritana
Non eni contunt iudei sama-
ritanis. Respondit ihesus: ⁊ di-
xit ei. Si scires dnũ dei. ⁊ qs
est qui dicit tibi da mihi bibe-
re: tu forsitan petisses ab eo. ⁊
dedisset tibi aquã viuaz. Di-
cit ei mulier. Dñe neq; i quo
haurias habes: ⁊ puteus al-
tus est. Ubi ergo habes aquã
viuã: Nũqđ tu maior es pa-
tre nr̃o iacob. q̃ dedit nobis
puteũ. ⁊ ipse ex eo bibit ⁊ filij
eius ⁊ pecora eius: Respõdit
ihesus: ⁊ dixit ei. Oĩs q̃ bibit ex
aqua hac sitiet iterũ. Qui au
tem biberit ex aqua quaz ego
dabo ei: nõ sitiet in eternũ. Sz
aqua quã ego dabo ei: fiet in
eo fons aque saliẽtis in vitã
eternã. Dicit ad eũ mulier. do
mine da mihi hãc aquã: vt nõ
sitiã. neq; veniã huc haurire.
Dicit ei ihesus. Vade voca vi-
rum tuũ: ⁊ veni huc. Respon-
dit mulier: ⁊ dixit. Nõ habeo
virũ. Dicit ei ihesus. Bene di-
xisti quia non habeo virum.
Quinq; enĩ viros habuisti:
et quẽ nũc habes. nõ est tuus
vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei
mulier. Dñe video q̃a pphe
es tu. Patres nr̃i in mõte hoc
adorauerũt. Et vos dicitis q̃a
hierosolymis ẽ locus vbi ad-
orare oportet. Dicit ei ihesus.
Mulier crede mihi: q̃a venit
hora qñ neq; i mõte hoc: neq;
in hierosolymis adorabitis
patrẽ. Vos adoratis qđ ne-
scitis: nos adoram9 qđ scim9:
quia salus ex iudeis est. Sed
venit hora ⁊ nunc est: qñ veri
adoratores adorabũt patrez
in spũ ⁊ veritate. Nã ⁊ pater
tales q̃rit: q̃ adorẽt eũ. Spũs
est deus: ⁊ eos q̃ adorant eum
i spiritu ⁊ veritate oportet ad-
orare. Dicit ei mulier. Scio.
quia messyas venit: qui dici-
tur christus. Cum ergo vene-
rit: ille nobis annũciabit om
nia. Dicit ei ihesus. Ego sum:
qui loquor tecũ. Et continuo
venerunt discipuli eius: ⁊ mi-
rabantur quia cum muliere
loquebat. Nemo tñ dixit q̃d
q̃ris: aut quid loqueris cum
ea. Reliquit ergo hydriã suã
mulier ⁊ abijt in ciuitatem: et

dicit illis ihūbus. Venite ⁊ videte hoīem: qui dixit mihi oīa quecunq; feci. Nunq̄d ipse est christus? Exierūt ergo de ciuitate: ⁊ veniebant ad eū. Interea rogabāt eū discipuli eius dicētes. Rabbi māduca. Ille aūt dixit eis. Ego cibū habeo māducare: quē vos nescitis. Dixerūt ergo discipuli ad inuicem. Nunq̄d aliq̄s attulit ei māducare? Dicit ei iesus. Meus cibus est. vt faciā voluntatē eius q̄ misit me. vt perficiam opus eius. Nōne vos dicitis q̄ adhuc quattuor mēses sunt. ⁊ messis venit? Ecce dico vobis. Leuate oculos vestros ⁊ videte regiones: q̄a albe sunt iam ad messem. Et qui metit mercedē accipit ⁊ cōgregat fructū in vitā eternā: vt ⁊ qui seminat simul gaudeat ⁊ qui metit. In hoc enim est verbum verum: quia alius ē qui seminat ⁊ alius est q̄ metit. Ego misi vos metere: q̄d vos non laborastis. Alii laborauerunt: ⁊ vos in labores eorū introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderūt in eū samaritanorū: ꝓpter verbum mulieris testimoniū phibentis. q̄a dixit mihi omīa quecunq; feci. Cū venissent ergo ad illū samaritani: rogauerūt eū vt apud eos maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderūt ꝓpter sermonē eius: ⁊ mulieri dicebāt. Quia iam non ꝓpter tuā loquelam credimꝰ: ipsi enī audiuimus et scimus: q̄a hic est vere saluator mundi.

Offertorium.

Intende voci oronis mee rex meus et deus meus quoniā ad te orabo domine.

Secreta.

Respice dne ꝓpicius ad munera que sacramus vt ⁊ tibi grata sint ⁊ nobis salutaria semper existant. Pdo.

Com.

Qui biberit aquā quā ego dabo ei dicit dns fiet i eo fōs aque saliētis in vitam eternam.

Complenda.

Huius nos dne ꝑceptio sacramenti mūdet a crimine: ⁊ ad celestia regna ꝑducat. Pdo.

Super

Presta quesumꝰ ꝓpulum omnipotens deus vt q̄ in tua

protectiõe confidim⁹. cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincam⁹. ℣. Sabbato

VErba mea auribꝰ pcipe dñe intellige clamorẽ meum imẽde voci oronis mee. ℣ Dñe ad te orabo dñe mane exaudies vocẽ meã Collecta.

DEsta qs ops ds: vt q̃ se affligendo carne ab alimẽtis abstinẽt. sectãdo iusticiam a culpa ieiunent. ℣ dñ.

IN dieb⁹ Lectio Danielꝑ illis. Erat vir habitans in babylone: et nomẽ eiꝰ ioachim. Et accepit vxorem noie susannã filiam helchie: pulchrã nimis. et timẽtẽ dñm. Parẽtes enim illiꝰ cũ essent iusti: erudierũt filiã suã scdm legẽ moysi. Erat aũt ioachim diues valde. et erat ei pmeriũ vicinũ domus sue. Et ad ipsum cõfluebant iudei: eo q̃ esset hnorabilior oium. Et cõstituti sunt duo senes iudices in ãno illo de q̃b⁹ locutꝰ ẽ dñs. q̃a egressa est iniq̃tas de babylone a senioribꝰ iudicibꝰ q̃ videbãt regere ꝑplm. Isti frequẽtabãt domũ ioachim et venibãt ad eos oẽs q̃ habebant iudicia. Cũ aũt ꝑplꝰ reuertisset ꝑ meridiẽ: ingrediebat susanna. et deambulabat i pmerio viri sui. Et videbãt eã senes quotidie ingrediẽtẽ et deãbulãtẽ: et exarserũt in cõcupiscẽciã eiꝰ Et euerterũt sensum suũ: et declinauerũt oculos suos vt nõ viderẽt celũ. neq̃ recordarent iudicioꝝ iustoꝝ. Factũ est autem cũ obseruarẽt diẽ aptuꝫ qñ eam possent inuenire solã ingressa est aliqñ sicut hesterna et nudiustertiꝰ cum duabꝰ solis puellis: voluitq̃ lauari in pmerio. Estus quippe erat. Et nõ erat ibi q̃squã: preter duos senes absconditos. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleum et smygmata: et ostia pmerij claudite vt lauer. Cũ ãt egressi essent puelle: surrexerũt duo senes et accurrerunt ad eam et dixerunt. Ecce ostia pmerij clausa sunt: et nemo nos videt Quamobrem assentire nobis: et cõmisce nobiscum. ℣ si nolueris. dicem⁹ testimoniuꝫ

contra te.qđ fuerit tecũ iuue-
nis:ꝛ ob hanc cauſam emiſi-
ſti puellas a te. Ingemuit ſu
ſanna ꝛ ait. Anguſtie michi
ſunt vndiq;. Si emi hꝰ egero
mors mihi eſt.ſi aũt nõ ege-
ro:nõ effugiã manꝰ veſtras.
Sed meliꝰ ẽ michi abſq; ope-
re incidere i manꝰ vr̃as:q̃ pec-
care in conſpectu dñi. Et exta
mauit voce magna ſuſanna
Exclamauerũt aũt ꝛ ſenes:ad-
uerſus eã. Cũ autẽ audiſſent
clamorẽ in pmerio famuli
domus:irruerũt per poſticũ vt
viderẽt q̃nam eſſet. Poſtq;
aũt ſenes locuti ſunt. erubue-
runt ſerui vehemenꝫ: q̃a nũq;
dictus fuerat ſermo hmõi de
ſuſanna. Et facta eſt dies cra-
ſtina. Cumq; veniſſet ppulus
ad virũ eiꝰ ioachim:venerũt
et duo preſbyteri plẽi iniqua
cogitatione aduerſus ſuſan-
nam.vt interficerẽt eaz. Et di
xerunt coram ppulo. Mitte
te ad ſuſannã filiã helchie: vx
orem ioachim. Et ſtatim mi-
ſerũt. Et venit cũ parẽtibꝰ ꝛ fi
liis:ꝛ vniuerſis cognatis ſuis

Flebant igiꝫ ſui ꝛ oẽs q̃ nouе
rant eam. Conſurgẽtes autẽ
duo pſbyteri in medio ppu-
li:poſuerũt manus ſuas ſuper
caput eius. Que flens. ſuſpe-
xit ad celum. Erat enim cor eius
fiduciã habens in dño. Et di
xerunt pſbyteri. Cũ deambu-
laremus i pmerio ſoli ingreſ
ſa eſt hec cũ duabus puellis:et
clauſit oſtia pmerij. ꝛ dimi-
ſit a ſe puellas. Venitq; ad eã
adoleſcens qui erat abſcondi
tus:ꝛ concubuit cuz ea. Por-
ro nos.cum eſſemus i angu-
lo pmerij.videntes iniquita
tem.cucurrimus ad eos:ꝛ vi
dimus eos pariter commiſce
ri. Et illum quidem non qui-
uimus comprehendere quia
fortior nobis erat: ꝛ aperto
oſtio exiliuit. Hanc autem cũ
apprehendiſſemus interroga
uimus quiſnam eſſet adole-
ſcens. ꝛ noluit indicare nobis
Huius rei teſtes ſumus. Cre
didit eis multitudo quaſi ſe-
nibus ppli ꝛ iudicibus: et
condemnauerũt eaz ad mor-
tem. Exclamauit autem voce

magna susanna: ⁊ dixit. Deꝰ
eterne qui absconditorꝝ es co
gnitor. qui nosti oia anteq̄
fiant: tu scis quoniam falsuꝫ
contra me tulerunt testimoni
um. Et ecce morior: cuꝫ nihil
horum fecerim que isti mali
ciose compsuerūt aduersum
me. Exaudiuit aūt dñs voce
eius. Cumq; duceret ad mor
tem suscitauit deus spm̄ sanc
tum pueri iunioris cui nomē
erat daniel Et exclamauit vo
ce magna. Mundus ego suꝫ
a sanguine huius. Et conuer
sus omis ppl's ad eum dixit:
Quis est iste sermo quē tu lo
cutus es: Qui cuꝫ staret i me
dio eorꝝ ait. sic fatui filij isra
el nō iudicātes neq; qđ verū
est cognoscētes: condemnastis
filiam israel. Reuertimini ad
iudiciū quia falsum testimo
niū locuti sunt aduersus eaꝫ.
Reuersus ē ergo ppulus cuꝫ
festinatiōe. Et dixit ad eos da
niel. Sepate eos ab inuicem
paul. ⁊ diiudicabo eos. Cū er
go diuisi essent alter ab alte
ro: vocauit vnū de eis ⁊ dixit
ad eū. Inueterate dierꝫ ma
lorꝝ: nunc venerūt peccata tua
que operabaris prius iudi
cans iudicia iniusta. innocē
tes opprimēs ⁊ dimittens no
xios. dicēte dño. Innocentē
et iustū nō interficias. Nunc
ergo si vidisti cos: dic sub qua
arbore videris eos colloquen
tes sibi. Qui ait sub lyno Di
xit aūt daniel. Recte mēti' es
in caput tuū. Ecce enī angelus
dñi acceptā sententia ab eo:
scindet te mediū. Et amoto eo
iussit venire alium: ⁊ dixit ei.
Semē chanaan ⁊ non iuda.
spēs decepit te ⁊ cōcupiscentia
subuertit cor tuū Sic faciebā
tis filiabꝰ isrl'. ⁊ ille timētes lo
quebāt vobis: sꝫ nō filia iu
da sustinuit iniq̄tatem vām.
Nūc ergo dic michi: sub qua
arbore cōprehendēris eos lo
quētes sibi. Qui ait. sub prī
no. Dixit aūt ei daniel. Recte
mēti' es ⁊ tu in caput tuum.
Manet enī angelus dñi gla
diū habēs: vt scindat te mediū ⁊
interficiat vos. Exclamauit
itaq; omis cetus voce magna:

et benedixerũt deum qui saluat sperantes in se. Et consurrexerũt aduersus duos presbyteros cõuicerat eni eos daniel. ex ore suo falsũ dixisse testimoniũ. Fecerũtq; eis sicuti male egerant aduersus proximũ: et interfecerũt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa. **Graduale.**

Si ambulem in medio vmbre mortis non timebo mala quoniaz tu mecũ es dñe. ℣ Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. **Sedm Johannẽ**

In illo tpe. Perrexit ihesus in montẽ oliueti. et diluculo iterũ venit in templum. Et omis populus venit ad eũ: et sedens docebat eos. Adducunt autem scribe et pharisei mulierem in adulterio deprensam et statuerũt eaz in medio. et dixerunt ei. Magister: hec mulier modo deprensa est in adulterio. In lege autẽ moyses mãdauit nobis: hmõi lapidare Tu ergo quid dicis: Hec aũt dicebant temptantes eum. vt possent accusare eum. Jesus autem inclinãs se deorsum: digito scribebat in terra. Cuz autem perseuerarẽt interrogantes euz: erexit se et dixit eis Qui sine peccato est vestrum: primus in illam lapidez mittat. Et iterũ se inclinans: scribebat in terra. Audiẽtes aũt vnus post vnũ exibant: incipientes a senioribꝰ. Et remãsit ihesus solus: et mulier in medio stans. Erigẽs aũt se ihesus: dixit ei Mulier: vbi sunt q̃ te accusabant: Nemo te condemnauit: Que dixit. Nemo dñe Dixit autem ihesus. Nec ego te condemnabo. Vade: et amplius iam noli peccare. **Off.**

Gressus meos dirige dñe sedz eloquium tuũ vt nõ dñetur omis iniusticia dñe. **Secreta.**

Concede qñs ops deus: vt huius sacrificij munus oblatum. fragilitatez nostram ab omni malo purget semper et muniat. Pdñm no. **Com.**

Nemo te condemnauit mulier nemo domine nec ego te cõdemnabo iam amplius noli peccare. **Complenda.**

Quesumus oꝑs deus: vt inter eiꝰ membra numeremur: cuius corpori cōmunicamus et sanguini. Dñi nri iesu christi filij tui. Qui tecum viuit.

Pretende Super populum. dñe fidelibus tuis dexterā celestis auxilij. vt te toto corde prequant. et que digne postulant consequi mereant. Pr dñz.

Dñica in medio quadragesime.

Letare hierusalē et conuentū facite oēs qui diligitis eam gaudete cum letitia qui in tristitia fuistis vt exultetis et saciemini ab vberibus consolationis vestre: ps Letatus sum in his que dicta sunt mihi in domū dñi ibimus. Collecta.

Oncede quesumus oꝑs deus: vt qꝫ ex merito nostre actionis affligimur. tue gratie consolatiōe respirem⁹. Pr dñm no. Ad Galathas

Fratres: Scriptum est quoniam abraam duos filios habuit: vnū de ancilla et vnū de libera. Sed qui de ancilla: secm carnē natus est. Qui autem de libera: per promissionē. que sunt ꝑ allegoriam dicta. Hec enim sunt duo testamēta. Vnū quidem in monte syna in seruitutē generans que est agar. Syna enim mons est in arabia. qui coniunctus est ei. que nūc est hierusalē et seruit cum filijs suis. Illa autē que sursum est hierusalem libera est: que est mater nostra. Scriptum est enim. Letare sterilis que non paris. erumpe et clama que non parturis: quia multi filij deserte. magis qꝫ eiꝰ que habet virū. Nos aūt fratres: secm ysaac promissionis filij sumus. Sed quō tunc qui secm carnē natus fuerat. persequebat eum qui secm spiritum: ita et nunc. Sz qd dicit scriptura? Eice ancillam et filium eius: non enim heres erit filiꝰ ancille cū filio libere. Itaqꝫ frēs: iam non sumꝰ ancille filij sed libere. Qua libertate: christꝰ nos liberauit:

Letamus sum in his que dicta sunt mihi i domū dñi ibimꝰ Gz.

℣ Fiat pax i virtute tua et abūdantia in turribus tuis. ℣

Qui confidūt in dño Tractus
sicut mōs sion nō cōmouebit in eter-
nū qui habitat in hierusalem. ℣
Montes in circuitu ei⁹ et dñs i cir
cuitu pp̄li sui ex hoc nūc et vsq;
in seculum: Scōm Johannē.
IN. i.t. Abiit ihesus trans
mare galilee: qđ est tiberia
dis. Et sequebat eū multitu-
do magna: ꝙa videbāt signa
que faciebat sup his qui infir
mabant. Subiit ergo i mō-
tem ihesus: ⁊ ibi sedebat cū dis-
cipulis suis. Erat aūt p̄xim̄ū
pasca: dies festus iudeoꝝ. Cū
sublevasset ergo oculos ihesus
et vidisset ꝙa multitudo maxi
ma venit ad eū: dicit ad phi-
lippū. Vñ ememus panes vt
māducent hi: Hoc autē dice-
bat temptans eū: ipse enim scie
bat ꝙd esset factur⁹. Rñdit ei
philippus. Ducētoꝝ denario-
rū panes nō sufficiunt eis: vt
vnusq̄sq; modicū ꝙd accipiat
Dicit ei vn⁹ ex discipulis eius
andreas frat̄ simonis petri:
Est puer vn⁹ h̄: ꝙ habet quīq;
panes hordeaceos ⁊ duos pi-
sces. Sed hec ꝙd sunt inter tan-
tos: Dixit ergo ihesus. Facite
homines discūbere. Erat autē fe-
num multū in loco. Discubu-
erūt ergo viri: numero quasi
q̄nq; milia. Accepit ergo ie-
sus panes: ⁊ cū gratias egis-
set. distribuit discumbentibus
Similit⁹ ⁊ ex pisc̄ib⁹ q̄tū vole
bant. Vt aūt impleti sunt: di
xit discipulis suis. Colligite
que supauerūt fragmēta: ne
pereāt. Collegerūt ergo: ⁊ im-
pleuerūt duodecim cophynos
fragmētoꝝ: ex q̄nq; panibus
hordeaceis q̄ supfuerūt his q̄
māducauerāt. Illi ergo ho-
mines cū vidissent qđ fecerat
signū: dicebāt. Quia h̄ est ve-
re pp̄ha: qui venturus est in
mundum. Offertoriū.
Laudate dñm quia benign⁹ e.
psallite noi eius qm̄ suauis est
oia quecūq; voluit fecit in celo et
in terrra. Secreta.
Sacrificijs p̄sentib⁹ dñe q̄s
intende placatus. vt et devo-
tioni nostre p̄ficiant ⁊ saluti.
P dñm nostrum. Com̄.
Hierusalem que edificat vt ci-
uitas cuius participatio eius in

idipsū illuc eni ascēderē trib⁹ tribus dñi ad cōfitēdū noi tuo dñe
O a nobis miserī Complē.
cors deus: vt sancta tua quibus incessanter explemur. sinceris tractemus obsequijs. ⁊ fidēli semper mente sumam⁹.
℟ dñm nostrum. Feria.ij.
DEus in noie tuo saluum me fac et i virtute tua iudica me deus exaudi oratōnē meam. ℣ Oīm alieni insurrexerunt in me et fortes quesierunt aiam meam. Collecta.
PResta qsūs ops de⁹. vt obseruatiōes sacras iciunij annua deuotiōe recolētes. ⁊ corpe tibi placeamus et mente. ℟. Lectio libri Regū.
IN diebus illis. Venerūt due mulieres meretrices ad regē salomonē: steterūtq; corā eo. Quarū vna ait. Obsecro mi dñe: ego ⁊ mulier hec habitabamus in domo vna. ⁊ peperi apud eā in cubiculo. Tercia vero die postq̄ ego peperi: peperit et hec. Et eram⁹ simul. nullusq; alius i domo nobiscū. exceptis nobis duabus. Mortuus ē aūt filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppressit eum. Et cōsurgens i tempestē nocte silētio: tulit filiū meū de latere meo ancille tue dormiētis. ⁊ collocauit i sinu suo Suū aūt filiū q̄ erat mortu⁹. posuit i sinu meo. Cūq; surrexissem mane vt darē lac filio meo: apparuit mortu⁹. Quē diligēti⁹ intuēs clara luce: deprehendi nō esse meū quem genueram. Respōditq; altera mulier. Nō est ita. sed filius tuus mortu⁹ est: meus autē viuit. Et cōtrario illa dicebat. Mentiris. Fili⁹ q̄ppe me⁹ viuit: ⁊ filius tuus mortu⁹ est. Atq; in hūc modū: cōtendebāt coram rege. Tūc rex ait. Hec dicit. filius meus viuit: ⁊ fili⁹ tu⁹ mortuus ē: ⁊ ista respondit nō. sed fili⁹ tuus mortu⁹ est. me⁹ autē viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladium. Cūq; attulissent gladiū corā rege ait. Dividite infantem viuū in duas partes: ⁊ date dimidiam partē vni. ⁊ dimidiā partem alteri. Dixit autē mulier

cuius filius erat viuus ad re
gem:cõmota sunt quippe vi
scera eius super filio suo. Ob
secro dñe:date illi infantẽ vi
uum ⁊ nolite interficere eum.
Econtrario illa dicebat. Nec
mihi nec tibi sit: sed diuidat.
Respondit rex ⁊ ait. Date hu
ic infantem viuũ ⁊ nõ occida
tur. hec est enim mat eius. Au
diuit itaq; ois israel iudiciuz
qd iudicasset rex. ⁊ timuerunt
regem. videntes sapiẽtiaz dei
esse in eo: ad faciendũ iudiciũ

Esto mihi in deũ prote Gẽ.
ctorem et in locum refugii vt sal
uum me facias. ℣ Deus in te spe
rauidñe non cõfundar i eternũ

In illo tpe. Scdm Johã:
Prope erat pasca iudeoz
et ascẽdit iesus hierosolymã.
Et inuenit in templo vendẽ
tes boues ⁊ oues ⁊ colũbas: ⁊
nũmularios sedentes. Et cuz
fecisset quasi flagellũ de funi
culis: omnes eiecit de templo
Oues quoq; ⁊ boues. ⁊ num
mulariorz effudit es: ⁊ mẽsas
subuertit. Et his qui colũbas
vendebant dixit. Afferte ista
hinc ⁊ nolite facere domũ pa
tris mei domũ negociatiõis.
Recordati vero sunt discipu
li eius qa scriptũ est. zelus do
mus tue comedit me. Rñdẽt
ergo iudei ⁊ dixerunt ei. Qd
signũ ostendis nobis qa hec
facis: Respondit iesus ⁊ dixit
eis. Soluite templũ hoc: ⁊ in
tribus diebus excitabo illud.
Dixerunt ergo iudei. Qua
draginta ⁊ sex annis edifica
tum est templũ hoc ⁊ tu in tri
bus diebus excitabis illud:
Ille autez dicebat de templo
corpris sui. Cũ ergo resurre
xisset a mortuis recordati sũt
discipuli eius qa hoc dicebat
et crediderũt scripture ⁊ sermo
ni quẽ dixit iesus. Cum autez
esset iesus hierosolymis i pa
sca in die festo: multi credide
runt in noĩe eius. videntes si
gna eius que faciebat. Ipse
autem iesus non credebat se
metipsum eis: eo qd ipse nosset
omnes. ⁊ quia opus ei non
erat vt quis testimoniũ perhi
beret de homine. Ipse em sciebat: quid esset in homine

Iubilate deo ois terra ℣. iubilate deo ois terra seruite do mino in letícia intrate in cõſpectu eius in exultatiõe quia dñs ipſe eſt deus **Secreta.**
Oblatũ tibi dñe ſacrificium viuificet nos ſemper ⁊ muniat. ℟ dñum noſtrũ. **Coñ.**
Ab occultis meis mũda me domine et ab alienis parce ſeruo
Sumptis **Complenda.** tuo. dñe ſalutaribus ſacramẽtis. ad redẽptiõis eẽne qñs ꝓficiamus augmentũ. ℟ dñum
Oeprecta **Super ꝑpulum:** tionem noſtram queſum⁹ domine benignus exaudi: ⁊ quibus ſupplicandi preſtas affectum. tribue defenſiõis auxilium. ℟ dñum. **Feria.iij.**
Exaudi deus oratiõnẽ meam et ne deſpexeris deprecationem meam intende i me et exaudi me. ℣ Contriſtat⁹ ſum i exercitatione mea et conturbat⁹ ſum a voce inimici et a tribulatione peccatoris. **Collecta.**
Aure nobis queſumus domine obſeruationis ieiunia. ⁊ pie cõuerſatiõis augmentum: ⁊ tue ꝓpitiationis continuũ preſtent auxiliũ. ℟
In die **Lectio libri Exodi** bus illis. Locutus eſt dñs ad moyſen dicens. Deſcende de monte: quia peccauit ꝑpulus tuus. quem eduxiſti de terra egypti. Recceſſerunt cito de via quam oſtendiſti eis. Fecerunt ſibi vitulum conflatilem ⁊ adrauerunt: atq; immolantes ei hoſtias dixerunt Iſti ſunt dij tui iſrael: qui te eduxerũt de terra egypti. Rurſumq; ait dominus ad moyſen. Cerno qd ꝑpulus iſte dure ceruicis ſit: dimitte me vt iraſcat furor me⁹ contra eos et deleam eos. faciamq; te in gentem magnam. Moyſes autem orabat dominũ deum ſuum dicẽs. Cur domine iraſcitur furor tuus contra ꝑpulum tuũ quem eduxiſti de terra egypti. in fortitudine magna. ⁊ in manu robuſta: Ne queſo dicant egyptij. callide eduxit eos: vt interficeret eos in montibus. ⁊ deleret de terra. Quieſcat ira tua: ⁊ eſto

placabilis super nequitia pⁱ
puli tui. Recordare abraam
et ysaac ⁊ israel seruoruꝫ tuo
rum: quibꝰ iurasti p temetip
sum dicens. Multiplicabo se
men vestrum sicut stellas celi:
et vniuersam terram hanc d̄
qua locutus sum dabo semi
ni vestro. ⁊ possidebitis eam
semper. Placatusq; est domi
nus: ne faceret malum quod
locutus fuerat. Et misertus ē
pⁱpulo suo: domin⁹ deus no
ster.

Graduale.

Exurge domine et opem nobis
et libera nos propter nomen tu
um. ℣ Deus auribꝰ nostris au
diuimꝰ patres nostri annũciaue
runt nobis opus quod operaꝫ
es in diebus eoꝝ et in diebꝰ an
tiquis.

Sc̄ũm Johannem.

In illo tpe. Jam die festo
mediante. ascendit iesus ī
templum ⁊ docebat. Et mira
bantur iudei dicentes. Quo
modo hic litteras scit cum nō
didicerit: Respondit eis iesus
et dixit. Mea doctrina non est
mea: sed eius q̄ misit me. Si
quis voluerit voluntatem ei
us facere: cognoscet de doctri
na vtrum ex deo sit. an ego a
meipso loquar. Qui a semet
ipso loquitur: gloriā ꝓpriaꝫ
querit. Qui autem gloriam
eius qui misit illuꝫ: hic veraꝫ
est. ⁊ iniustitia in illo non est.
Nonne moyses dedit vobis
legem: Et nemo ex vobis fa
cit legem. Quid me queri
tis interficere: Respondit tur
ba: ⁊ dixit. Demoniū habes.
Quis te querit interficere. Re
spondit iesus ⁊ dixit eis. Vnū
opus feci: ⁊ omnes miramī
ni. Propterea moyses dedit
vobis circūcisionē: non quia
ex moyse est. sed ex patribus.
Et in sabbato circūcidit̄ hō
minem. Si circūcisionē accī
pit hō in sabbato vt non
soluatur lex moysi: mihi indi
gnamini quia totum hoiem
sanū feci in sabbato: Nolite
iudicare secūm faciem: sed iu
stum iudiciū iudicate. Dice
bant ergo quidam ex hiero
solymis. Nonne hic est quem
querunt interficere: Ecce nūc
palam loquit̄: ⁊ nihil ei dicūt

¶Numquid vere cognouerunt
principes sacerdotū q̃a hic est
christus: Sed hūc scim⁹ vnde
sit. christus aūt cū venerit. ne-
mo scit vnde sit. Clamabat er
go iesus docens in templo et
dicēs. Et me scitis. et vnde sim
scitis et a meipso nō veni. sed
est verus q̃ misit me. quē vos
nescitis. Ego aūt scio eū. Et si
dixero q̃a nō scio eū: ero simi-
lis vobis mendax. Sed scio
eum: quia ab ipso sum: et ipse
me misit. Querebāt ergo eum
apprehendere et nemo misit in
illum manus. quia nōdum
venerat hora eius. De turba
autem: multi crediderūt in eū
Expectās expectaui dñm. Off.
et respexit me et exaudiuit depca
tionē meā et cōmisit in os meum
canticum nouū hymnū deo nr̄o
Hec hostia dñe Secreta
q̃sumus emūdet nostra delicta. et
sacrificium celebrandū subdi
tos tibi corpora mēteq; san-
ctificet. ¶ dñm nr̄m. Com
Letabimur in salutari tuo cū
noie dñi dei nostri magnificabi
mur. Complenda.

Huius nos dñe precepto sa-
cramenti mūdet a crimine: et
ad celestia regna ducat. ¶.
Miserere do Sup populum
mine populo tuo. et cōtinuis
tribulatiōib⁹ laborantē. pi-
cius respirare concede. ¶ do.
Quum sanctifica Feria.iiij
nus fuero i vobis cōgrega
bo vos de vniuersis terris et ef
fundam sup vos aquā mūdam
et mūdabimini ab oib⁹ inquina
mentis vr̄is et dabo vobis spi-
ritū nouū. ℟ Bñdicā dñm in oi
tpe semp laus eius in ore meo.
Sine O ñs vobiscū. O rem⁹
Flectamus genua. Leuate.
Deus q̃ iustis Collecta
p̃mia meritoq;. et pcā-
toribus p̃ ieiuniū veniā prebes.
miserere supplicū tuis. vt rea-
tus nr̄i cōfessio. indulgētiam
valeat p̄cipere delictoq;. ¶ dñs
Lectio Ezechielis ꝓphe.
Et dicit dñs ds. Sancti-
ficabo nomē meū magnū: vt
sciant gentes q̃a ego dñs. cum
sanctificat⁹ fuero i vobis cora
eis. Tollā q̃ppe vos de gētib⁹
et cōgregabo vos de vniuer-

sis terris: ⁊ adducã vos i terram vr̃am. Et effundã sup̃er vos aquã mũdam. ⁊ mũdabimini ab oĩbus inq̃namentis vr̃is: ⁊ ab vniuersis idolis vr̃is mundabo vos. Et dabo vobis cor nouũ: ⁊ spiritũ nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne vestra: ⁊ dabo vobis cor carneũ: ⁊ spiritũ meũ ponam in medio vestri. Et faciaz vt i p̃ceptis meis ambuletis: ⁊ iudicia mea custodiatis ⁊ operemini. Et habitabitis in terra quã dedi patribus vr̃is. ⁊ eritis mihi in populũ: ⁊ ego ero vobis in deũ. Dicit dñs oẽs.

Uenite filii audite me timorem dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eũ et illumiamini et facies vestre nõ confundent. Hic dicit Oñs vobiscũ. Oremus Flectamus genua. Leuate.

Oratio qñs oẽs Collect. Deꝰ: vt quos ieiunia votiua castigant. ipsa quoq; deuotio sancta letificet vt terrenis affectib⁹ mitigatis. facilius celestia capiamus. P dñ. minũ nostrum iesum christũ

Lectio Esaie prophete

Et dicit dñs deus. Lauamini mũdi estote: auferte malum cogitationũ vr̃arum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite benefacere. Querite iudiciũ. subuenite oppresso. iudicate pupillo defendite viduã: ⁊ venite ⁊ arguite me dicit dñs. Si fuerint peccata vr̃a vt coccinũ: quasi nix dealbabunt. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erũt. Si volueritis et audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dominus omnipotens.

Graduale.

Beata gẽs cuiꝰ est dñs deus eius populus quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt et spũ oris eius omis virtus eoꝝ.

Sedm Johannem

In illo tpe. Preteriẽs iesus vidit hoiem cecũ a natiuitate. Et interrogauerũt eum discipuli sui. Rabbi: q̃s peccauit. hic aut parẽtes eius. vt cecus nasceret: Respondit iesus Neq; hic peccauit neq; paren-

tes ei⁹ sed vt mãifestent opera dei in illo. Me oportz operari opera ei⁹ q̃ misit me: donec dies ẽ. Venit nox: q̃n nemo põt operari. Quamdiu in mũdo sum: lux sum mũdi. Hec cũ dixisset expuit in terrã. & fecit lutũ ex sputo. & linivit lutũ sup oculos eius & dixit ei. Vade & laua in natatoria syloe: qd̃ interpretatur missus. Abijt ergo & lauit et venit videns. Itaq; vicini. & q̃ viderũt eũ prius q̃a mẽdic⁹ erat: dicebãt. Nõne hic ẽ q̃ sedebat & mẽdicabat? Alij dicebãt q̃a hic ẽ: alij autẽ nequaquã. sed similis ei⁹ ẽ. Ille vero dicebat. q̃a ego sum. Dicebãt ergo ei. Quõ apti sunt tibi oculi? Rñdit. Ille hõ q̃ dicitur ihesus. lutũ fecit & vnxit oculos meos: & dixit mihi. Vade ad natatoria syloe: & laua. Et abij: & laui. & vidi. Dixerũt ergo ei. Vbi ẽ ille? Ait. nescio. Adducũt eũ ad pharisẽos: q̃ cecus fuerat. Erat aũt sabbatum: q̃n lutũ fecit ihesus. & aperuit oculos ei⁹. Iterũ ergo interrogabãt eũ pharisei: quomodo vidisset. Ille autem dixit eis. Lutum posuit mihi super oculos: & laui & video. Dicebant ergo ex pharisẽis quidã. Nõ est hic hõ a deo q̃ sabbatũ nõ custodit. alij dicebãt Quomodo potest hõmo peccator hec signa facere? Et scisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterum. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta est. Non crediderunt ergo iudei de illo. quia cecus fuisset & vidisset: donec vocauerunt parentes eius. qui viderat. & interrogauerunt eos dicentes. Hic est filius vester. quem vos dicitis quia cecus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt ei⁹ parentes eius: & dixerũt. Scimus quia hic est fili⁹ noster. et quia cecus natus est: quomodo autem nunc videat nescimus. aut quis eius aperuit oculos nos nescimus. Ipsum interrogate: etatẽ habet. ipse de se loquat. Hec dixerũt parentes ei⁹: q̃a timebãt iudeos

Jam enim conspiraverant iudei: vt si quis eum confiteretur christum extra synagogā fieret. Propterea parētes eius dixerunt: quia etatem habet. ipsum interrogate. Vocaverunt ergo rursum hominem qui fuerat cecus: et dixerunt ei Da gloriam deo. Nos scīm' quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est nescio. Unum scio: quia cum cecus essem. modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi: Quomodo aperuit tibi oculos. Respōdit eis. Dixi vobis iam et audistis: quid iterum vultis audire: Nunqd et vos vultis discipuli eius fieri: Maledixerunt ei: et dixerunt. Tu discipulus illius sis: nos autem moysi discipuli sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus. hunc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo: et dixit eis. In hoc enim mirabile est: quia vos nescitis vnde sit. et aperuit meos oculos. Scimus autem: quia peccatores deus non audit. Sz si quis dei cultor est. et volūtatem eius facit: hunc exaudit. A seculo non est audituz: qa aperuit quis oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: non poterat facere quicq̄. Respondēr et dixerunt ei. In peccatis natus es totus et tu doces nos: Et eiecerunt eum foras. Audiuit iesus quia eiecerunt euz foras: et cum inuenisset eum. dixit ei. Tu credis in filiū dei: Respondit ille: et dixit. Quis es domine vt credam in eum: Et dixit ei iesus. Et vidisti eū: et qui loquitur tecum ipse est. At ille ait. Credo domie. Et procidens adorauit eum.

Off. Benedicite gentes dñm deum nostrum et obedite voci laudis eius qui posuit animam meam ad vitam et non dedit cōmoueri pedes meos. benedictus dominus qui non amouit deprecationem meam et misericordiaz suam a me.

Secreta. Supplices te dñe rogamus vt his sacrificijs peccata nostra mundentur quia tunc veram nobis tribuis et mentis

et corpis sanitatem. Com̃. Lutum fecit ex sputo dominus et linivit oculos meos et abii et lavi et vidi et credidi deo.

Sacramenta que Complẽ: sumpsimus dñe deus noster. et spiritalib⁹ nos repleãt alimentis ꝛ corpalib⁹ tueantur auxilijs. ℟. Sup populum. Prebeant aures misericordie tue dñe precib⁹ supplicantiũ: ꝛ ut petentibus desiderata cõcedas. fac eos que tibi sunt placita postulare. ℟ Feria.v Lecti cor querentiũ dñe que rite dñe et cõfirmami querite facie eius semp ℣ Confitemini dño et invocate nomẽ eius annũciate inter gẽtes opa eius.

Oresta qmus Collecta. ops de⁹: ut quos ieiunia votiua castigãt. ipa quoq; devotio sancta lenificet: ut terrenis affectib⁹ mitigatis. facilius celestia capiam⁹. ℟. In die Lectio libri Regũ. Ibus illis. Venit mulier sunamitis ad heliseum prophetam in mõtem carmeli. Cũq; vidisset eam vir dei e contra: ad iezi puerum suũ dixit. Ecce sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius: ꝛ dic ei. Recte ne agitur circa te: ꝛ circa virum tuum. ꝛ circa filium tuũ Que respondit. Recte. Cumq; venisset ad virũ dei in montẽ apprehendit pedes eius. Et accessit iezi: ut amoveret eaz. Et ait homo dei. Dimitte eam: anima enim eius in amaritudine est: ꝛ dominus celavit a me. ꝛ ñ indicavit mihi. Que dixit illi. Numquid petivi filium a domino meo: Numqd non dixi tibi ne illudas mei: Et ille ait ad iezi. Accinge lũbos tuos: ꝛ tolle baculum meum in manu tua. ꝛ vade. Si occurrerit tibi homo: non salutes eum. Et si salutaverit te quispiam: non respondeas illi. Et pones baculum meũ super faciez pueri. Porro mater pueri ait. Vivit dominus et vivit anima tua: nõ dimittam te. Surrexit ergo. ꝛ secutus est eam. Iezi autem precesserat añ eos. ꝛ posuerat baculũ sup faciẽ pueri: ꝛ nõ erat

ei vox nec̄ sensus Reuersusc̄ est iezi in occursu ei⁹: ⁊ nūciauit ei dicēs. Nō surrexit puer Ingressus ē ergo helyseus domū: ⁊ ecce puer mortu⁹ iacebat in lectulo ei⁹. Ingressusc̄ clausit ostium super se ⁊ super puerū: ⁊ orauit ad dñm. Et ascēdit ⁊ incubuit sup puerū: posuitc̄ os suū sup os eius. ⁊ oculos suos sup oculos eius et man⁹ suas sup man⁹ eius. Et incuruauit se sup puerū: et calefacta est caro pueri. Et ille reuersus: deābulauit i domo semel huc atc̄ illuc. Et ascēdit et incubuit sup eū. ⁊ oscitauit puer septies. apuitc̄ oculos suos. Et ille vocauit iezi: ⁊ dixit ei. Vocasunamitem hanc Que vocata: ingressa est ad eū. Qui ait. Tolle filium tuū Venit illa ⁊ corruit ad pedes ei⁹: ⁊ adorauit sup terrā. Tulitc̄ filiū suū: ⁊ egressa ē. Helyseus vero: reuersus est i galgala.

Graduale.

Respice domine in testamentū tuū et ne aias pauperū tuoz ne obliuiscaris in finē. ℣ Exurge dñe et iudica causam tuam memor esto opprobrii seruoz tuorum.

In illo tpe. **Sedm Lucaz.**

Ibat iesus i ciuitatez que vocat̄ naym ⁊ ibāt cū illo discipuli eius ⁊ turba copiosa. Cū aūt appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunct⁹ efferebatur. filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat: ⁊ turba ciuitatis multa cum illa. Quā cum vidisset dominus: misericordia motus super eaz. dixit illi. Noli flere. Et accessit: ⁊ tetigit loculum. Hi autem q̄ portabant steterunt. Et ait. Adolescens: tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus: ⁊ cepit loqui. Et dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor: ⁊ magnificabant deum dicentes. Quia prophēta magnus surrexit i nobis ⁊ quia deus visitauit plebem suam.

Offe.

Omine ad adiuuandū me festina confundantur omēs aduersum me qui cogitāt seruo tuo mala:

Secreta.

Purifica nos misericors⁹ de⁹. vt ecclesie

tue preces que tibi grate sunt pia munera deferētes: fiāt expiatis mētib⁹ gratiores. ℣. Dñe memorabor iustitie tue solius deus docuisti me a iuuēte mea et vsq; in senectaz et seniū deus ne dereliquas me

Celestia dona Complenda. capiētib⁹ qñs dñe nō ad iudiciū puenire patiaris: qđ fidelibus tuis ad remediū puidisti. ℣. Super populum.

Populi tui ds institutor et rector peccata quibus impugnatur expelle: vt semp tibi placitus. a tuo mūnimine sit securus. ℣. Feria.vi. Introit⁹.

Meditatio cordis mei in conspectu tuo semp dñe adiutor me⁹ et redemptor me⁹ ℟ Celi enarrāt gloriam dei et opera manuū eius annūciat firmamentū. Collecta.

Deus qui in effabilib⁹ mundum renouas sacramentis. presta quesumus vt ecclesia tua a eternis pficiat institutis. a temporalibus non destituat auxilijs. ℣

In dieb⁹ Lec. libri Regū.

illis. Egrotauit filius mulieris matrisfamilias: a erat lāguor fortissim⁹ ita vt non remaneret in eo alitus. Dixit ergo ad helyam. Quid mihi et tibi vir dei. Ingressus es ad me vt rememorarent iniquitates mee. a interficeres filiū meum: Et ait ad eam helias Da mihi filium tuū. Tulitq; eum de sinu illius. a portauit in cenaculum vbi ipse manebat. a posuit super lectum suum. a clamauit ad dominū et dixit. Domine deus meus: etiam ne viduam apud quam ego vtunq; sustentor afflixisti vt interficeres filium eius: Et expandit se. atq; mensus e super puerum tribus vicibus clamauitq; ad dominum et ait. Domine deus meus: reuertat oro anima pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit dominus vocem helie: a reuersa est anima pueri intra eum a reuixit. Tulitq; helias puerum. a deposuit eum de cenaculo in inferiorem domuz: et tradidit matri sue a ait illi.

Ēn vinit filius tuus. Dixitq; mulier ad hēliam. Nunc in isto cognoui quoniaz vir dei es tu: z verbuz dñi in ore tuo verū est. Graduale.

Bonū est cōfidere in dño quaz confidere in hoie. ℣ Bonuz est sperare in dño quā sperare i principibus. Scdm Johannem.

In illo tpe. Erat q̄dā languens lazar⁹ a bethania: de castello marie z marthe sororis eius. Maria aūt erat que unxit dñz ungēto. z extersit pedes ei⁹ capillis suis: cui⁹ frat lazar⁹ infirmabat. Miserūt ergo sorores eius ad eū dicētes. Dñe: ecce quē amas infirmat. Audiēs aūt iesus: dixit eis. Infirmitas hec nō est ad mortē: sed p gloria dei ut glorificet filiu⁹ dei p eā. Diligebat aūt iesus martham. z sororem ei⁹ mariā: z lazarū. Ut ergo audiuit q̄a infirmabatur: tūc quidem mansit in eodem loco duob⁹ diēb⁹. Deinde post hec dicit discipulis suis Eam⁹ in iudeā iterū. Dicūt ei discipuli. Rabbi. nunc quere-

bant te lapidare iudei: z iterū vadis illuc? Respondit iesus. Nonne duodecim sunt horē diei? Si quis ambulauerit i die non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si aūt ambulauerit in nocte offendit: quia lux non est i eo. Hec ait: z post hec dicit eis. Lazar⁹ amicus noster dormit: sed vado vt a somno exsuscitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Domine: si dormit salu⁹ erit. Dixerat autem iesus de morte eius. Illi autem putauerunt: quia d̄ dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis iesus manifeste. Lazar⁹ mortuus est. Et gaudeo propter vos vt credatis: quoniaz nō eram ibi. Sed eamus ad eū Dixit ergo thomas qui dicitur didimus: ad condiscipulos. Eamus z nos: z moriamur cuz eo. Venit itaq; iesus et inuenit eum quattuor dies iam in monumento habentem. Erat autem bethania iuxta hierosolymam: quasi stadijs quindecim. Multi aūt ex

iudeis venerant ad marthā et mariā: vt consolarent eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia iesus venit: occurrit illi. Maria aūt domi sedebat. Dixit ergo martha ad iesum. Dñe si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed ⁊ nunc scio: quia quecunq; postulaueris a deo dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio: quia resurget in resurrectiōe in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio ⁊ vita. Qui credit in me: etiā si mortuus fuerit viuet. Et oīs qui viuit ⁊ credit in me: non morietur in eternū. Credis hoc? Ait illi. Vtiq; dñe. Ego credidi quia tu es christus filius dei: q̄ in hūc mundum venisti. Et cum hoc dixisset: abiit ⁊ vocauit mariam sororem suam silentio dicens. Magister adest: ⁊ vocat te. Illa vt audiuit: surrexit cito. ⁊ venit ad eum. Nondum enim venerat iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha. Iudei igit̄ qui erant cū ea in domo ⁊ consolabant eam cum vidissent mariā q̄a cito surrexit ⁊ exiit. secuti sunt eam dicentes. Quia vadit ad monumentū vt ploret ibi. Maria ergo cum venisset vbi erat iesus: videns eū cecidit ad pedes eius. ⁊ dixit ei. Dñe. si fuisses hic: nō esset mortuus frat meus. Iesus ergo vt vidit eā plorātem ⁊ iudeos q̄ venerāt cū ea plorantes: fremuit spū ⁊ turbauit semetipsum ⁊ dixit. Vbi posuistis eū? Dicunt ei. Dñe: veni ⁊ vide. Et lachrymatus est iesus. Dixerūt ergo iudei. Ecce quō amabat eū. Quidā aūt ex ipsis dixerūt. Nō poterat hic qui aperuit oculos cecī nati facere. vt hic nō moreret? Iesus ergo rursum fremēs in semetipso: venit ad monumētū. Erat āt spelūca: et lapis suppositus erat ei. Ait iesus. Tollite lapidē. Dicit ei martha: soror ei⁹ q̄ mortuus fuerat. Domine iam fetet: quadriduanus enī ē. Dicit ei iesus. Nōne

dixi tibi quoniam si credideris videbis gloriam dei: Tulerunt ergo lapidem. Jesus aũt eleuatis sursuz oculis: dixit. Pater gratias ago tibi: quoniã audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis: sed ꝓpter populũ circumstat dixi. vt credant quia tu me misisti. Hec cum dixisset voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et statim ꝓdiit qui fuerat mortuus. ligatus pedes et manus institis. et facies illius sudario erat ligata. Dicit eis iesus. solute eum: et sinite abire. Multi ergo ex iudeis q̃ venerãt ad mariam. z viderant que fecit crediderunt in eum. Offertoriũ

Populũ humilem saluũ faciet dñe et oculos superboz hũiliabis quoniam quis deus ꝑter te dñe

Munera nos dñe Secreta. q̃s oblata purificẽt. z te nobis iugiter faciant esse placatum. Pdñm nostz. Comũ.

Videns dñs fletes sorores lazari ad monumentũ lachrymatus est coram iudeis et clamabat: lazare veni foras et prodiit ligatis manibus et pedibus qui fuerat quadriduan9. Complẽ.

Et nos q̃s dñe participatio sacramenti. z a ꝑpris reatibus indesinenter expediat. z ab omnibus tueatur aduersis. Pdñz. Super populum

Oa quesum9 ops deus: vt q̃ infirmitatis nostre consci de tua virtute confidimus. sub tua semp pietate gaudeam9. Pdñm no. Sabbato Jnc.

Sitientes venite ad aquas dicit dñs et qui nõ habetis precium venite bibite cuz leticia.

Attendite populus meus legẽ meam inclinate aurem vestraz in verba oris mei. Collecta.

Hat domine quesum9 per gratiam tuam fructuosus nostre deuotiõis affectus. quia tunc nobis proderũt suscepta ieiunia. si tue sint placita pietati. Pdn. Lectio

Et dicit Elaie propheta. dominus deus. In tempore placito exaudiui te: z in die salutis auxiliat9 sum tui: Et seruaui te z dedi te in fedus

ppuli:vt ſuſcitares terram.⁊ poſſideres hereditates diſſipatas.vt diceres his qui vincti ſunt exite.⁊ his qui in tenebris ſunt reuelamini. Super vias paſcent: ⁊ in omnib⁹ planis paſcua eor. Non eſurient nec ſitient.⁊ non percutiet eos eſtus et ſol: quia miſerator eorum reget eos.⁊ ad fontes aquarum portabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam ⁊ ſemite mee exaltabunt. Ecce iſti de longe venient:⁊ ecce illi ab aquilone ⁊ mari. et iſti de terra auſtrali. Laudate celi ⁊ exulta terra:iubilate montes laudem. qa conſolatus eſt dñs ppulum ſuū.⁊ pauperū ſuor miſerebit. Et dixit ſion. Dereliquit me dñs:⁊ dñs oblitus eſt mei. Numqd obliuiſci poteſt mulier infantem ſuū vt non miſereat filio uteri ſui: Et ſi illa oblita fuerit:ego tamen non obliuiſcar tui. Dicit dñs ops. Gz.

Tibi dñe derelictus eſt pauper pupillo tu eris adiutor. ℣ Vt quid dñe recеſſiſti longe deſpicis in oportunitatib⁹ in tribulatione dum ſuperbit impius incenditur pauper. Scdm Johannem.

In illo tpe. Dicebat ieſus turbis iudeorū. Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me non ambulabit in tenebris: ſed habebit lumen vite. Dixerunt ergo ei phariſei. Tu de teipſo teſtimoniū phibes:teſtimoniū tuū non eſt verū. Reſpondit ieſus:⁊ dixit eis. Et ſi ego teſtimoniū phibeo de me ipſo: verum eſt teſtimonium meum.quia ſcio vnde veni et quo vado. Vos autem neſcitis vnde venio:aut quo vado Vos ſcdm carnem iudicatis ego non iudico quemq̄. Et ſi iudico ego.iudicium meū verum eſt:quia ſolus non ſum. ſed ego ⁊ qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſcriptum eſt: quia duorum hominū teſtionium verum eſt. Ego ſum q̄ teſtimoniū perhibeo de meipſo:⁊ teſtimoniū perhibet d̄ me qui miſit me pater. Dicebāt ergo ei. Vbi ē pater tuus:Reſpondit ieſus. Neq̄ me ſcitis:

i

neq; patrē meū. Si me scire-
tis: forsitan ⁊ patrē meū scire
tis. Hec verba locut⁹ est ihesus
in gazophilatio: docēs in tem-
plo. Et nemo apprehendit eū:
quia nondū venerat hora ei⁹.
Factus est dñs firmamē-
tum meū et refugiū meū et libe-
rator meus sperabo in eum.
Oblationib⁹ qsūmus Secreta
dñe placare susceptis. ⁊ ad te
nras etiā rebelles compelle p-
picius volūtates. ℣. Com.
Dñs regit me et nihil mihi de-
erit in loco pascue ibi me collo-
cauit sup aquam refectiōis edu-
cauit me. Complenda.
Tua nos qs dñe sancta pu-
rificēt: ⁊ operatiōe pficiant esse
placatos. ℣. Sup populū.
Deus qui sperātib⁹ in te mi-
sereri pcī⁹ eligis q̄ irasci: da
nobis digne flere mala q̄ fe-
cimus. vt tue cōsolatiōis gra
aminuenire valeamus. ℣.
Dñica in passione Introit⁹.
Judica me deus et discerne
causam meam de gente non
sancta ab homine iniquo et do-
loso erip me quia tu es deus me⁹
et fortitudo mea. ℣ Emitte lu-
cem tuā et veritatē tuā ipsa me
deduxerūt et adduxerūt in mon
tem sanctū tuū. Judica Nō di-
citur. Gloria patri usq; in pa
sca. nisi de sanctis cātet. Coll.
Quesum⁹ ops de⁹ fami
liam tuam pietat⁹ respi
ce: vt te largiente regat in cor-
pore. ⁊ te seruāte custodiatur i
mente. ℣. Ad Hebreos.
Fratres. Christ⁹ assistēs
pontifex futurop bonorū
peramplius ⁊ pfectiōr tabernā
culū non manufactū. id ē nō
huius creatiōis. neq; per san-
guinē hircop. aut vitulorū:
sed per proprium sanguinē introi
uit semel in sancta. eterna re-
demptione inuenta. Si enim
sanguis hircop aut taurorū
et cinis vitule aspersus. inqui
natos sanctificat ad emūda-
tionē carnis. q̄to magis san-
guis christi qui per spiritum
sanctum semetipsum obtulit
immaculatū deo. emūdabit cō-
scientiam nostram ab op̄ri-
bus mortuis. ad seruiendū
deo viuenti: Et idco noui te-

stamenti mediator ē: vt morte intercedente in redemptionem earū preuaricationū. q̄ erant sub priori testamēto repmissionē accipiāt qui vocati sunt eterne hereditatis. In christo iesu dño nostro. Gē.

Exipe me dñe de inimicis meis doce me facere voluntatē tuā. ℣ Liberator meus dñe de gentibus iracūdis ab insurgentib⁹ in me exaltabis me a viro iniquo eripies me.

Tractus.

Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea. ℣ Dicat nūc israel sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣ Etenim nō potuerūt mihi supra dorsum meū fabricauerūt peccatores. ℣ Prolongauerūt iniquitatē sibi. dñs iustus cōcidet cervices peccatōr.

Sēdm Johā.

In illo tpe. Dicebat iesus turbis iudeor. et principibus sacerdotū. Quis ex vobis arguet me de peccō: Si veritatem dico: quare vos nō creditis mihi: Qui ē ex deo: verba dei audit. Propterea vos nō auditis: q̄a ex deo non estis. Rnderūt igit iudei: et dixerunt ei. Nōne bñ dicim⁹ nos q̄a samaritan⁹ es tu. et demonium habes: Rndit iesus ego demoniū nō habeo: sed honorifico patrē meū. et vos inhonorastis me. Ego aūt non quero gloriā meā: est q̄ querat et iudicet. Amē amē dico vobis. Si q̄s sermonē meū seruauerit. mortē nō videbit i eternū. Dixerūt ergo iudei. Nūc cognouim⁹ q̄a demoniū habes Abraā mortuus ē et pphete: et tu dicis si q̄s sermonē meū seruauerit. mortē non gustabit in eternū: Nunq̄d tu maior es patre nr̄o abraaz qui mortuus ē: Et pphete mortui sunt. Quē teipsum facis: Respondit iesus. Si ego glorifico meipsuz: gloria mea nihil est. Est pater meus q̄ glorificat me quē vos dicitis q̄a dūs noster ē: nō cognouistis eū. Ego aūt noui eū: Et si dixero quia nō scio eū: ero similis vobis mendax. Sed scio eū: et sermonē eius seruo. Abraaz pr̄ vester exultauit vt videret diem meū: et vidit et gauisus ē. Di-

xerũt ergo iudei ad eũ. Quin
quaginta ãnos nondum ha
bes: ꝛ abraã vidisti: Dixit eis
ihesus. Amen amẽ dico vobis
anteꝙ abraã fieret ego sum.
Tulerunt ergo lapides: vt ia
cerent in eũ. Jhesus aũt absco
dit se: ꝛ exiuit de templo. Off.
Confitebor tibi dñe i toto cor
de meo retribue seruo tuo vt vi
uam: et custodiã sermones tuos
viuifica me scdm verbũ tuũ dñe
Et mũera dñe ꝗs Secreta
et vincula nostre prauitatis
absoluant. ꝛ tue nobis mise
ricordie dona conciliẽt. ℙ d̃.
Prefatio. Qui salutez hũani
generis. Vsqꝫ in cenam dñi.
Hoc corpus qd̃ pro vo Comũ.
bis tradet hic calix noui testamẽ
ti est in meo sanguine dicit dñs
hoc facite quotiẽscũqz sumitis in
meã cõmemorationẽ. Compl:
Adesto nobis dñe deus no
ster: ꝛ quos tuis mysterijs re
creasti: perpetuis defende presi
dijs. ℙ dñm. Feria.v.
Miserere mihi dñe qm̃ cõ
culcauit me hõ tota die
bellans tribulauit me. ℟ Cõcul
cauerũt me inimici mei tota die
qm̃ multi bellãtes aduersuz me.
Miserere. Sine Gloria pri.
Sanctifica ꝗs Collecta.
dñe nostra ieiunia. ꝛ cũ
ctarum nobis ꝓpicius indul
gentiã largire culparũ. ℙ d̃
Ad dieb' Lectio Jone ꝓphete
illis. Factum est verbum dñi
ad ionam ꝓphetam secũdo di
cens. Surge ꝛ vade in nini
uen ciuitatem magnã: ꝛ pre
dica in ea predicationẽ quaz
ego loquor ad te. Et surrexit
ionas: ꝛ abijt in niniuen iux
me⁹: Accedat ad me. Ecce do-
minus deus auxiliator meus
quis est qui condemnet me:
Ecce oẽs quasi vestimentum
conterent: tinea comedet eos.
Quis ex vobis timens dñm
audiet vocem serui sui: Quis
ambulauit in tenebris: ꝛ nõ
est lumen ei. Speret in nomi-
ne dñi: ꝛ innitat in dño do suo
Exurge dñe et intende iu-
dicium meũ deus me⁹ et dñs me
us in causam meaz. ℣ Effunde
framẽam meã et conclude ad-
uersus eos qui me psequunt.
In illo tpe. Secm Johã.
Ante sex dies pasce venit
iesus bethaniã vbi fuerat la-
zarus mortuus quẽ suscita-
uit iesus. Fecerũt aũt ei cenaz
ibi: ꝛ martha mistrabat. La-
zarus vero: vn⁹ erat ex discũ-
bentib⁹ cũ eo. Maria ergo ac
cepit libram unguẽti nardipi-
sti pretiosi: ꝛ unxit pedes iesu.
Et extersit capillis suis pedes

eius: ⁊ domus impleta est ex odore unguenti. Dicit ergo unus ex discipulis eius iudas scariothis: qui erat eum traditurus Quare hoc unguentum non venit trecentis denariis: ⁊ datum est egenis: Dixit autem hoc: non quia de egenis pertinebat ad eum. sed quia fur erat ⁊ loculos habens ea que mittebantur portabat. Dixit ergo iesus Sine illam: ut in diem sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semp habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia illic est et uenerunt non propter iesum tantum: sed ut lazarum uiderent quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum ut ⁊ lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex iudeis: ⁊ credebant in iesum. In crastinum autem turba multa que uenerat ad diem festum cum audissent quia iesus uenit hierosolymam acceperunt ramos palmarum ⁊ processerunt obuiam ei ⁊ clamabant. Osanna. benedictus qui uenit in nomie dñi rex israel. Et inuenit iesus asellum: ⁊ sedit sup eum sicut scriptum est. Noli timere filia sion: ecce rex tuus uenit sedens sup pullum asine. Hec non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est iesus tunc recordati sunt: qa hec erant scripta de eo ⁊ hec fecerunt ei. Testimonium ergo phibebat turba que erat cum eo quando lazarum uocauit de monumento ⁊ suscitauit eum a mortuis. Propterea ⁊ obuiam uenit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos Videtis qa nihil proficimus: Ecce mundus totus post eum abiit. Erant aut gentiles qdam ex his q ascenderant ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad philippum q erat a bethsaida galilee: ⁊ rogabant eum dicentes. Dne uolumus iesum uidere. Uenit philipp⁹ et dicit andree. Andreas rursum ⁊ philippus dixerunt iesu.

Jesus autez respndit eis dicens. Venit hora: vt clarificet filius hoīs. Amen amen dico vobis: nisi granū frumēti cadens in terram mortuuz fuerit. ipsum solū manet. Si autem mortuū fuerit: multum fructū affert. Qui amat animam suam: perdet eam. Et q̄ odit animā suam in hoc mundo: in vitam eternaz custodit eam. Si quis mihi ministrat: me sequatur. Et vbi sum ego illic z minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eū pater meus. Nūc anima mea turbata ē. Et q̄d dicam: Pater: saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc: Pater clarifica nomen tuū. Venit ergo vox de celo dicens. Et clarificaui: z iterum clarificabo. Turba ergo que stabat z audierat: dicebat tonitruū factū esse. Alij dicebāt. Angelus ei locut' est. Respōdit iesus: z dixit eis. Nō propter me vox hec venit: sed p̄p̄ vos. Nūc iudicium est mūdi: nūc princeps hui' mūdi eijcet foras. Et ego si exaltat' fuero a terra: omia trahā ad meipsum. Hoc autez dicebat significans qua morte esset moriturus. Rñdit ei turba. Nos audiuimus ex lege quia christus manet in eternū. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filiū hoīs: Quis est iste filius hoīs: Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicū lumen in vobis est. Ambulate dum luce habetis: vt non tenebre vos comp̄hendant. Et qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucez: vt filij lucis sitis. Hec locutus est iesus: z abijt et abscondit se ab eis. Offer. Exripe me de inimicis meis dñe ad te confugi doce me facere voluntatē tuam quia ds me' es tu

Hec sacrificia nos Secre. ops deus potenti virtute mūdatos. ad suū faciant puriores venire principiū. ꝑ dñm Prefatio. Qui salutē. Com Erubescant et reuereant simul qui gratulant malis meis induantur pudore et reuerentia qui

maligna loquunt aduersus me.
Nverebrant nobis Complē.
dñe diuinū tua sancta feruo-
rem: quo eorum pariter et ac-
tu delectemur et fructu. Pdw.
Adiuua nos Sup ppulū:
deus salutaris noster. et ad be-
neficia recolenda: quib⁹ nos
instaurare dignatus es: tri-
bue venire gaudentes. Pdw.
Nos aūt glo- Feria.iij.
riari oportet in cruce dñi
nri ihesu christi in quo est salus vi-
ta et resurrectio nra p quē salua
ti et liberati sum⁹. ℟ Deus mi-
sereat nri et bñdicat nobis illu-
minet vultum suū sup nos et mi
sereat nri. Nos aūt. Collecta
Omnipotēs sempiterne
deus: da nobis ita dñi-
ce passionis sacramēta page
re: vt indulgētiam pīpe me-
reamur. Peundem dñm no
In die Lectio Hieremie pphe
bus illis. Dixit hieremias:
Domine: demonstrasti mihi
et cognoui tu ostendisti mihi
studia eorum. Et ego quasi
agnus mansuetus qui portā
tur ad victimam: et non cog-
noui quia cogitauerūt sup
me consilia dicentes. Venite
mittamus lignū in panē ei⁹:
et eradamus eum de terra vi
uentiū. et nomē eius non me-
moretur amplius. Tu autē
dñe sabaoth qui iudicas iu-
ste et probas renes et corda. vi
deam vltionem tuam ex eis.
Tibi enī reuelaui causam me-
am: Homine deus me⁹. Gx
Ego aūt dū mihi molesti essent
induebam me cilicio: et humilia
bam in ieiunio animā meam: et
oratio mea in sinu conuertetur.
℣ Judica dñe nocentes me ex-
pugna impugnantes me appre
hende arma et scutum: et exur-
ge in adiutoriū mihi. Medio
modo. Passio dñi nri ihesu
christi Scdm Marcum.
In illo tempore. Erat autē
pasca: et azyma post biduum.
Et querebant summi sacerdo-
tes et scribe: quomō tesum do-
lo tenerent et occiderent. Dice-
bant enī. Nte Non in die fe-
sto. Ne forte tumultus
fieret ppuli. Et cū esset bethā-
nie in domo simonis leprosi

et recūberet: venit mulier habens alabastrū vngenti nardi pistici pciosi. Et fracto alabastro: effudit super caput ei⁹. Erant autem quidā indigne ferentes intra semetipsos: ⁊ dicentes. ℣ Ut quid perditio ista vnguēti facta est? Poterat enī vnguentū istud venūdari plusq; trecentis denarijs et dari paupibus. ℳ Et fremebant in eam. Jesus autē dixit. Tacite. Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opus: operata est in me Semper enim pauperes habetis vobiscū: ⁊ cum volueritis pōtestis illis bñfacere. ℳe autem semper non habebitis Quod habuit hec fecit. Prevenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis: vbicunq; predicatus fuerit euangeliū istud in vniuerso mundo: ⁊ q̄ hec fecit narrabitur in memoriaz eius. ℳ Et iudas scariothis vnus de duodecim: abijt ad summos sacerdotes vt proderet eum illis. Qui audiētes gauisi sūt: et promiserūt ei pecuniā se daturos. Et q̄rebat quomodo illū opportune traderet. Et primo die azymoz quando pascha immolabant: dicunt ei discipuli. ℣ Quo vis eamus et paremus tibi vt mādūces pascha? ℳ Et mittit duos ex discipulis suis: ⁊ dicit eis. ℒ Jte in ciuitatē: ⁊ occurret vobis homo lagenam aque baiulans. Sequimini eum: ⁊ quocunq; introierit: dicite domino domus. quia magister dicit. Vbi est refectio mea: vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit cenaculū grande stratum: ⁊ illic parate nobis. ⁊ abierunt discipuli eius ⁊ venerūt in ciuitatem: ⁊ inuenerunt sicut dixerat illis. ⁊ parauerūt pascha. ℳ Vespere autem facto: venit cum duodecim. Et discumbentib⁹ eis: ⁊ manducātibus ait iesus. ℒ Amen dico vobis: quia vn⁹ ex vobis me tradet. qui manducat mecum. ℳ At illi ceperunt contristari ⁊ dicere ei singillatim

℟ Nunquid ego: ℳ Qui
ait illis. ℒ Vnus ex duode-
cim qui intingit mecũ manũ
in catino. Et filius quidẽ hoĩs
vadit: sicut scriptum est de eo.
Ve aũt hoi illi: p quẽ filiꝰ hois
tradet. Bonũ erat ei: si nõ essẽt
natus hõ ille. ℳ Et mãducan-
tibꝰ illis: accepit iesus pa-
nem. ꝛ bñdicẽs fregit. ꝛ dedit
eis ꝛ ait. ℒ Sumite. Hoc est
corpus meũ. ℳ Et accepto
calice. gr̃as agẽs dedit eis. Et
biberũt ex illo oẽs. Et ait illis
ℒ Hic ẽ sanguis meꝰ noui te
stamenti: qui p multis effun
detur. Amẽ dico vobis: q̃ iã
nõ bibã de genimie vitis vsq̃
in diem illũ. cũ illud bibã no-
uũ in regno dei. ℳ Et hym-
no dicto: exierũt in montẽ oli-
uarũ. Et ait eis iesus. ℒ Oẽs
scandalizabimi in nocte ista
q̃a scriptũ est. Percutiam pa
storem: ꝛ dispgent̃ oues. Sz
postea q̃ resurrexero: p̃cedam
vos in galileã. ℳ Petrus
aũt ait ei. ℟ Et si oẽs scãda-
lizati fuerint: sed nõ ego. ℳ
Et ait illi iesus. ℒ Amen di-
co tibi: quia tu hodie in nocte
hac. prius q̃ bis gallus vo-
cem dederit: ter me es negatu-
rus. ℳ At ille amplius loq̃-
batur. ℟ Et si oportuerit me
simul cõmori tibi: nõ te nega-
bo. ℳ Similit aũt ꝛ oẽs di-
cebant. Et veniũt in p̃diũ cui
nomẽ gethsemani: ꝛ ait discí-
pulis suis. ℳ Sedete hic: do-
nec orem. ℳ Et assũpsit pe-
trum ꝛ iacobũ ꝛ iohãnẽ secũ:
et cepit pauere ꝛ tedere. Et ait
illis. ℒ Tristis est aia mea
vsq̃ ad mortẽ. Sustinete hic:
et vigilate. ℳ Et cũ p̃cessis-
set paululũ: p̃cidit sup terrã ꝛ
orabat. vt si fieri posset trãsi-
ret ab eo hora. ꝛ dixit. ℒ Ab-
ba pater omia tibi possibilia
sunt: transfer calicem hunc a
me. Sed nõ qd̃ ego volo: sed
quod tu. ℳ Et venit. ꝛ inue-
nit eos dormiẽtes: ꝛ ait petro:
ℒ Simon dormis: nõ potui
sti vna hora vigilare mecuz?
Vigilate ꝛ orate: vt nõ intre-
tis in temptationẽ. Spiritus
quidem p̃mptus est: caro au
tem infirma. ℳ Et iterum

abijciens:orauit eundem ser
monem dicens. Et reuersus
denuo:inuenit eos dormien-
tes.Erant enī oculi eoꝝ gra-
uati:ꝛ ignorabāt quid respō
derent ei.Et venit tertio:ꝛ ait
illis. ℣ Dormite iam:ꝛ requi
escite.Sufficit.venit hora:ecce
tradetur filius hois in manꝰ
peccatoꝝ.Surgite.eamꝰ.Ecce
qui me tradet: prope est. ℳ
Et adhuc eo loquēte:venit iu
das scarioth vnus de duode-
cim:ꝛ cum eo turba multa cū
gladijs ꝛ lignis missi a sum-
mis sacerdotibꝰ ꝛ a scribis ꝛ a
senioribus.Dederat aūt tra-
ditor eius signuꝫ eis dicens.
℟ Quemcūqꝫ osculatus fue-
ro.ipse est tenete eum.ꝛ ducite
eum caute. ℳ Et cum venis
set:statim accedens ad eū ait.
℟ Rabbi. ℳ Et osculatus
est eum.At illi manus iniece-
runt in eum:ꝛ tenuerūt eum.
Vnus autem de circūstanti-
bus educens gladium.percus-
sit seruum summi sacerdotis:
et amputauit illi auriculam.
Et respondens iesus: ait illis:
℣ Tanqꝫ ad latronem existis
tis cum gladijs ꝛ lignis conpre-
hendere me. Quotidie eram
apud vos in templo docens:
et non me tenuistis.sed vt ad-
impleantꝰ scripture. ℳ Tūc
discipuli eius relinquentes eū
omnes fugerunt.Adolescens
autem quidam sequebatꝰ eū:
amictus syndone supernudo:
et tenuerunt eum.At ille reie-
cta syndone: nudus profugit
ab eis. Et adduxerunt iesum
ad summū sacerdotem:ꝛ cōue-
nerunt omēs sacerdotes ꝛ scri
be seniores.Petrus autem a
longe secutus est eum:vsqꝫ in
tro in atrium summi sacerdo-
tis.Et sedebat cum ministris
et calefaciebat se ad ignē.Sū
mi vero sacerdotes ꝛ omne cō
silium querebāt aduersus ie-
sum testimoniū vt eum mor
ti traderent:nec inueniebant.
Multi enī falsum testimoniū
dicebant aduersus eum:ꝛ cō-
uenientia testimonia nō erāt
Et quidam surgentes: falsuꝫ
testimoniū querebant aduer
sus eum dicentes. ℟ Quo-

niam nos audiuimus eum
dicentem: ego dissoluaz tem-
plum hoc manufactum. ꝛ post
triduum aliud non manufa
ctum edificabo. ℳ Et non
erat conueniens testimoniuz
illorum. Et exurgens sum-
mus sacerdos in medium: in-
terrogauit iesum dicens. ℛ
Non respondes quicq̃ ad ea
que tibi obijciuntur ab his:
ℳ Ille autem tacebat: ꝛ ni-
hil respondit. Rursum sum-
mus sacerdos interrogabat
eum: ꝛ dicit ei. ℛ Tu es chri
stus filius dei benedicti: ℳ
Iesus autem: dixit illi. ℛ
Ego sum. Et videbitis filiuz
hominis a dextris sedentẽ vir
tutis dei et venientem in nu-
bibus celi. ℳ Summꝰ au-
tem sacerdos scindens vesti-
mẽta sua: ait. ℛ Quid ad-
huc desideramus testes: Au-
distis blasphemiã. q̃d vobis
videt̃: ℳ Qui oẽs cõdẽna-
uerũt eũ esse reũ mortis. Et ce
perũt q̃dã cõspuere eũ. ꝛ vela-
re faciẽ eiꝰ. ꝛ colaphis eũ cedere
ꝛ dicere ei. ℛ Prophetiza
ℳ Et mistri alapis eũ cede-
bant. Et cũ esset petrꝰ in atrio
deorsum: venit una ex ãcillis
summi sacerdotis. Et cum vi-
disset petrũ calefacientẽ se: al-
piciens illum ait. ℛ Et tu cũ
iesu nazareno eras. ℳ At
ille negauit dicens. ℛ Nec
scio: nec noui q̃d dicas. ℳ
Et exijt foras ante atrium ꝛ
gallus cantauit. Rursus aũt
cum vidisset illũ ancilla: cepit
dicere circũstãtib'. ℛ Quia
hic ex illis ẽ. ℳ At ille iteruz
negauit. Et post pusillum rur
sus qui astabãt dicebãt petro
ℛ Vere ex illis es. Nam et
galileus es. ℳ Ille autem
cepit anathematizare ꝛ iura-
re: quia nescio hoiem istũ quẽ
dicitis. Et statim itez gallus
cantauit. Et recordat' est petrꝰ
verbi q̃d dixerat ei iesus pri-
usq̃ gallus cantet bis. ter me
negabis: ꝛ cepit flere. Et con-
festim mane cõsiliũ facientes
summi sacerdotes cum senio-
ribus ꝛ scribis ꝛ vniuerso cõ-
silio vinctẽtes iesum duxerũt
et tradiderũt pilato. Et inter-

rogauit eum pilat ul. ℟ Tu es rex iudeorum: ℣ At ille respondens ait illi. ℟ Tu dicis. ℣ Et accusabant eũ sũmi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursum interrogauit eum: dicẽs. Non respõdes quicq̃. Vide in quantis te accusant. ℣ Jesus autem amplius nihil respondit ita vt miraretur pilatus. Per diem autem festum dimittere solebat illis vnũ ex vinctis quemcunq̃ petissent. Erat autem qui dicebatur barrabas qui cum seditiosis erat vinct' qui in seditione fecerat homicidiũ. Et cum ascendisset turba cepit rogare sicut semp faciebat illis. Pilatus autẽ respondit eis: et dixit. ℟ Vultis dimittam vobis regẽ iudeorum. ℣ Sciebat enĩ. q̃ p̃ invidiam tradidissent eũ sũmi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam: vt magis barrabã dimitteret eis. Pilatus autem iterũ respondens: ait illĩ. ℟ Quid ergo vultis: faciã regi iudeorum: ℣ At illi iterum clamauerunt. ℟ Crucifige eũ. ℣ Pilat' vero: dicebat eis. ℟ Quid enĩz mali fecit: ℣ At illi magis clamabant. ℟ Crucifige eum. ℣ Pilatus autem volens populo satisfacere: dimisit illis barraban. et tradidit iesum flagellis cesũ vt crucifigeretur. Milites ergo presidis duxerunt eum intro in atrium pretorij: et conuocant totam cohortẽ. Et induunt eum purpura: et imponunt ei plectentes spineam coronam et ceperunt salutare eũ ℟ Aue rex iudeorũ. ℣ Et percutiebant caput eius arũdine: et conspuebant eum. Et ponentes genua adorabant eum. Et postq̃ illuserunt ei: exuerunt illum purpura et induerunt illum vestimentis suis. et educunt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt pretereuntem quempiam simonem cyrenẽsem venientem de villa: pẽtem alexãdri et rufi. vt tolleret crucẽ eius. Et perducunt illum in golgatha

lotū: qđ est interptatū calua-
rie locus. Et dabat ei bibere
myrrhatū vinū: ⁊ nō accepit.
Et crucifigētes eū diuiserunt
vestimēta eius mittētes sortē
sup eis quis qđ tolleret. Erat
aūt hora tertia: ⁊ crucifixerūt
eum. Et erat titulus cause ei⁹
inscriptus: rex iudeoꝝ. Et cuꝫ
eo crucifigūt duos latrones
vnū a dextris ⁊ aliū a sinistris
eius. Et adimpleta ē scriptu-
ra que dicit: ⁊ cū iniquis repu-
tatus est. Et ꝓtercuntes blas-
phemabant eum mouētes ca
pita sua ⁊ dicētes. ℣ Vah
qui destruit templū dei ⁊ in tri-
bus diēb⁹ edificat: Saluum
fac teipsum descendēs de cru-
ce. ℣ Similiť ⁊ summi sa-
cerdotes ludentes ad alterutꝫ
cū scribis dicebāt. ℣ Alios
saluos fecit: seipsum non pōt
saluū facere. christ⁹ rex isrł de-
scēdat nūc ḋ cruce: vt videam⁹
et credam⁹. ℣ Et q̄ cū eo cru
cifixi erant: conuiciabātur ei.
Et facta hora sexta: tenebre fa-
cte sunt per totam terraꝫ vsq;
in horā nonā. Et hora nona:
exclamauit iesus voce mag-
na dicēs. Cāta deuote tram.

Heloy: heloy: lamazabatha-

ni: Quod est interpretatum,

Deus meus: deus meus: vt

quid derelinquisti me. ℣
Et quidā de circūstāt⁹ audi
entes: dicebāt. ℣ Ecce helias
vocat. ℣ Currēs aūt vn⁹ ⁊
implēs spongiā aceto. circūp
nensq; calamo potuꝫ dabat ei
dicēs. ℣ Sinite videamus
si veniat helias ad deponēdū
eū. ℣ Jesus aūt emissa vo-
ce magna: expirauit. ✠ Hic
flexis genub⁹ legatur pat̄ no
ster. ℣ Et velū templi scissum
est in duo: a sursuꝫ vsq; deor-
sum. Videns aūt centurio q̄
ex aduerso stabat. q̄a sic cla-
mans expirasset: ait. Vere:
homo hic filius dei erat. ℣

Erant aũt ꝛ mulieres de longe aspicientes: inter quas erat maria magdalene: ꝛ maria iacobi minoris ꝛ ioseph mater ꝛ salome. Et cum esset i galilea: sequebant eũ: ꝛ ministrabant ei. Et alie multe: que simul cum eo ascenderant hierosolymã. Euangelium canta

ET cum more solito. Iam sero factum esset: qa erat parasceue qđ est ante sabbatũ: venit ioseph ab arimathia nobilis decurio. qui et ipse erat expectans regnum dei. Et audacter introiuit ad pilatum: ꝛ petijt corpus iesu. Pylat⁹ aũt: mirabat si iam obisset. Et accersito centurione: interrogauit eũ si iam mortuus esset. Et cũ cognouisset a centurione: donauit corp⁹ ioseph. Joseph autem mercat⁹ syndonẽ: ꝛ deponẽs eũ inuoluit syndone: ꝛ posuit eũ in monumẽto quod erat excisum in petra. Et aduoluit lapidẽ ad ostium monumenti. Off.

CUstodi me de mãu puꝰris. et ab hoib⁹ iniquis eripe me dñe.

Sacrificia nos Secreta

qñs dñe ꝓpitiꝰ ista restaurent. que medicinalib⁹ sunt instituta ieiunijs. Prefatio

QUi salutem. Comẽ.

ADuersum me exercebant qui sedebãt i porta et i me psallebãt qui bibebãt vinũ ego vero oratione meã ad te dñe ips bñplaciti deus i multitudie misericordie tue. Complenda.

SAnctificatiõib⁹ tuis omnipotens ds ꝛ vicia nra curent: et remedia nobis sempiterna ꝓueniant. Ꝑ. Sup ꝓpulũ.

CUa nos misericordia de⁹. et ab oi surreptiõe vetustatis expurget: ꝛ capaces sancte nouitatis efficiat. Feria.iiij.

IN noie dñi oẽ genu flectat celestiũ terrestriuꝫ et infernoꝝ quia dñs fact⁹ ẽ obediẽs vsqꝫ ad mortem morte aũt crucis ideo dñs iesus christ⁹ in gloria ẽ dei pris:

ꝑ Dñe exaudi oronẽ meã et damor meus ad te veniat. Sine

Oñs vo. Orem⁹ Flectam⁹ genua.

PResta quesumus Collecta.

mus omnipotens de⁹ vt qui nostris excessib⁹ incessant

afflígimur per vnigeniti tui passionē liberemur. Qui tecū

Lectio Esaie prophete

Et dicit dñs deus. Dicite filie sion. Ecce saluator tuus venit. ꝛ merces eius cū eo. Quis est iste q̄ venit de edom: tinctis vestib⁹ de bosra: Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iustitiaz: ꝛ ꝓpugnator sum ad saluandū. Quare ergo rubruz est indumentū tuū. ꝛ vestimēta tua sicut calcantiū in torcular: Torcular calcaui solus: et de gentib⁹ nō est vir mecuz. Calcaui eos in furore meo: ꝛ cōculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eoz sup vestimēta mea: ꝛ oia indumēta mea inq̄naui. Dies enim vltionis i corde meo: ānus retributiōis mee venit. Circūspexi ꝛ nō erat auxiliator: quesiui ꝛ nō fuit q̄ adiuuaret. Et saluauit mihi brachiū meū: et indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Miserationuz dñi recordabor: laudem dñi super oibus que reddidit nobis dñs deus noster. Gz.

Ne auertas faciē tuā a puero tuo qm̄ tribulor velociter exaudi me. ℣ Saluū me fac deus. qm̄ intrauerūt aque vsq; ad animam meā infixus sum in limo profundi et nō est substantia.

Hic dicit Dñs vobiscū. Oremus. Flectam⁹ geñ. Leuate.

Deus q̄ p nobis

Collect.

filiū tuū crucis patibulum subire voluisti. vt ūmicū a nobis expelleres potestatem concede nobis famulis tuis vt resurrectiōis eius gratiaz consequamur. Ꝑ eūdē dñm

Lectio Esaie prophete

In dieb⁹ illis. Dixit esaias. Dñe quis credidit auditui nostro. ꝛ brachiuz dñi cui revelatum est. Et ascēdit sicut virgultū corā eo ꝛ sicut radix de terra sitiēti. Et nō est species ei neq; decor: ꝛ vidim⁹ eum et nō erat aspectus. Et desideravimus cū despectum ꝛ nouissimū virorū: virum dolorum et scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vult⁹ ei⁹ et

despectus: vnde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit. et dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum et percussum a deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nras attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum: et liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus: vnusquisq; in viam suam declinauit. et posuit in eo dominus iniquitatē omniū nostrum. Oblatus ē quia ipse voluit: et non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur: et quasi agnus coram tondente se obmutescet. et non aperiet os suum. De angustia et de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? Quia abscisus ē de terra viuentium. Propter scelus populi mei percussi eum: et dabit impios pro sepultura. et diuites pro morte sua: eo q iniquitatem non fecerit. nec dolus fuerit in ore eius. Et dominus voluit conterere eū: in infirmitate. Si posuerit p peccato animam suam. videbit semen longeuum: et voluntas domini in manu eius dirigetur. pro eo q tradidit in mortem animam suam. et cū sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit et pro transgressoribus orauit vt nō perirent. Jesus christus dominus noster. Tractus.

Domine exaudi orationem meam. et clamor meus ad te veniat. ℣ Ne auertas faciem tuam a me in quacunq; die tribulor inclina ad me aurem tuam. ℣ In qua cūq; die inuocauero te velociter exaudi me. ℣ Quia defecerūt sicut fumus dies mei et ossa mea sicut fricturio cōfrixa sūt. ℣ Percussus sum vt fenū et aruit cor meum quia oblitus sum māducare panē meum. ℣ Tu exurgēs dñe misereberis sion quia venit tps miserendi eius. Medio mod.

Passio dñi nostri iesu christi

In illo tempore. Secōm Lucam: Appropinquabat dies festus azymorum: qui dicitur

pascha. Et quærebãt principes sacerdotũ ⁊ scribæ: quõ ihesum interfícerent. Timebant vero plebem. Intrauit aũt sathanas in iudam q̃ cognominabat scariothis: vnum de duodecim. Et abijt ⁊ locut' est cum principibus sacerdotũ ⁊ magistratibus. quẽ admodũ illum traderet eis. Et gauisi sunt: ⁊ pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et quærebat opportunitatem: vt traderet illum sine turbis. Venit autẽ dies azymorũ: in qua necesse erat occidi pascha: et misit petrum ⁊ iohannem dicẽs. Euntes parate nobis pascha vt manducem⁹. At illi dixerũt. ℳ Vbi vis: parem⁹. ℳ Et dixit ad eos. ℒ Ecce introeũtib⁹ vobis in ciuitatem: occurret vobis homo amphorã aquæ portans. Sequimini eum in domũ in quam intrat: ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Vbi est diuersoriũ: vbi pascha cum discipulis meis manducem: Et ipse ostendet vobis cenaculũ magnum stratum: ⁊ ibi parate. ℳ Euntes aũt inuenerũt sicut dixit illis: ⁊ parauerũt pascha. Et cũ facta esset hora discubuit: ⁊ duodecim apli cum eo. Et ait illis. ℒ Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscũ: antequã patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc nõ manducabo illud donec impleat in regno dei. ℳ Et accepto calice: gratias egit ⁊ dixit. ℒ Accipite ⁊ diuidite inter vos. Dico enim vobis: quia nõ bibam de generatione vitis. donec regnum dei veniat. ℳ Et accepto pane: gratias egit ⁊ fregit. ⁊ dedit eis dicẽs. ℒ Hoc est corpus meum quod pro vobis datur. Hoc facite in meam cõmẽorationem. ℳ Similiter ⁊ calicem: postquã cenauit dicens. ℒ Hic est calix nouum testamẽtũ in sanguine meo qui pro vobis fundetur Verumtamen Ecce manus tradentis me: mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secũdum quod diffinitum est vadit. Verũtamẽ ve homini

illi per quē tradet. ℳ Et ipsi
ceperūt quærere inter se: quis
esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta
est autē et cōtentio inter eos: quis
eorū videret esse maior. Dixit
autem eis. ℒ Reges gentiū
dominantur eorum: et qui potes-
tatem habent super eos benefi-
ci vocantur. Vos autem nō
sic. Sed qui maior est in vo-
bis. fiat sicut iunior: et qui p̄-
cessor est sicut ministrator.
Nam quis maior est. qui re-
cumbit an qui ministrat: Non
ne qui recumbit: Ego autē in
medio vestrum sum sicut qui
ministrat. Vos autē estis qui
permansistis mecum in tempta-
tionib⁹ meis. Et ego dispono
vobis sicut disposuit mihi pa
ter meus regnum: ut edatis
et bibatis super mensam me-
am in regno meo: et sedeatis
super thronos iudicātes duo-
decim tribus israel. ℳ Dixit
autem dominus. ℒ Simō
simon: ecce sathanas expetiuit
vos: ut cribraret sicut triticum
Ego autem rogaui pro te: ut
non deficiat fides tua. et tu ali
quando conuersus confirma
fratres tuos. ℳ Qui dixit
ei. ℛ Domine tecum para-
tus sum et in carcerem et in mor-
tem ire. ℳ Et ille dixit. ℒ
Dico tibi petre: non cantabit
hodie gallus donec ter abne-
ges nosse me. ℳ Et dixit eis
ℒ Quando misi vos sine sac
culo et pera et calciamentis: nū-
quid alicuius defuit vobis: ℳ
At illi dixerūt. ℛ Nihil. ℳ
Dixit ergo eis. ℒ Sed nūc
qui habet saculum: tollat si-
militer et peram. Et qui habet
vendat tunicam suam et emat
gladium. Dico enim vobis
quoniā adhuc hoc quod scri-
ptum est oportet impleri in me:
et cum iniquis deputatus
est. Etenim ea que sunt de me
finem habent. ℳ At illi di-
xerunt. ℛ Domine: ecce gla
dij duo hic. ℳ At ille dixit
eis. ℒ Satis est. ℳ Et gres-
sus ibat secūm consuetudinem
in montem oliuarum. Secu-
ti sunt autem illum: et disci-
puli. Et cum peruenisset ad lo
cum: Dixit illis. ℒ Orate:

ne intretis in temptationem.
℣ Et ipse auulsus ē ab eis: q̄tum iact' est lapidis. Et ps̄i tis genubus: orabat dicens.
℟ Pater si vis trāsfer calicē istū a me. Verumtamen non mea voluntas: sed tua fiat:
℣ Apparuit aūt illi angel' de celo: cōfortās eū. Et factus in agonia: plixius orabat. Et factus ē sudor ei' sicut gutte sanguinis: decurrentis in terram. Et cū surrexisset ab oōne ⁊ venisset ad discipulos suos: inuenit eos dormientes p̄ tristiciā ⁊ ait illis. ℟ Quid dormitis? Surgite orate: ne intretis in temptatione. ℣ Adhuc eo loquēte: ecce turba et q̄ vocabat' iudas vnus de duodecim antecedebat eos: et appropinquauit iesu vt oscularet' eū. Jesus autē dixit illi.
℟ Juda osculo filium hois tradis? ℣ Vidētes aūt hi q̄ circa ipsum erāt q̄d futurum erat: dixerūt ei. ℵ Dñe si p̄cutim' in gladio? ℣ Et p̄cussit un' ex illis seruū principis sacerdotum: ⁊ amputauit auriculā eius dexterā. Respōdens aūt iesus ait. ℟ Sinite vsq; huc. ℣ Et cum tetigisset auriculā ei': sanauit eum. Dixit aūt iesus ad eos q̄ venerāt ad se principes sacerdotum ⁊ magistrat' templi: ⁊ seniores
℟ Quasi ad latronē existis cū gladijs ⁊ fustib' cū quotidie vobiscum fuerim in tēplo: nō extēdistis man' in me. Sed hec est hora vra: ⁊ p̄tās tenebrarū. ℣ Comprehendētes aūt eū: duxerūt ad domū principis sacerdotū. Petr' vero sequebat' eum a longe. Accenso aūt igni i medio atrio ⁊ circūsedentib' illis: erat petr' in medio eor. Quē cū vidisset ancilla quedā sedentē ad lumen et cū fuisset intuita: dixit. Et hic cū illo erat. ℣ At ille negauit eū dicens: ℵ Mulier non noui illum. ℣ Et post pusillū: alius videns eū. dixit ℵ Et tu de illis es: ℣ Petrus vero ait. ℵ O hō non sum. ℣ Et interuallo facto quasi hore vni': alius quidā affirmabat dicens. ℵ Vere

et hic cum illo erat. Naz a galileus est. M Et ait petrus. A Homo: nescio quid dicis. M Et cōtinuo adhuc illo loquente: cātauit gallus. Et cōuersus dñs respexit petz. Et recordatus est petr' verbi dñi sicut dixerat: quia priusq̄ gallus cāet ter me negabis. Et egressus foras petrus. flevit amare. Et viri qui tenebant eum: illudebant ei cedentes. Et velauerūt eum: a percutiebāt faciem eius: a interrogabāt eū dicentes. A Prophetiza. q̄s est qui te percussit: M Et alia multa blasphemātes dicebāt in eum. Et vt factus est dies: cōuenerunt seniores plebis a principes sacerdotū a scribe: et duxerunt illum in concilium suum dicētes. A Si tu es christus: dic nobis. M Et ait illi T Si vobis dixero: non credetis mihi. Si autem a interrogauero: non respondebitis mihi. neq̄ dimittetis. Ex hoc autem: erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei. M Dixerunt autem omnes A Tu ergo es filius dei: M Qui ait. T Vos dicitis: q̄a ego sum. M At illi dixerūt. A Quid adhuc desideram' testimoniū: Ipsi enī audiuimus de ore eius. M Et surgens omnis multitudo eorū: duxerunt illum ad pilatum. Ceperunt autem accusare illū dicentes. A Hunc inuenim' subuertentē gentem nostram et prohibentem tributa dari cesari. a dicentem se christū regem esse. M Pilatus autē interrogauit eum dicens. A Tu es rex iudeoruz: M At ille respondens ait. T Tu dicis. M Ait autē pilatus ad principes sacerdotū: a turbas A Nihil inuenio cause: in hoc homine. M At illi invalescebant dicentes: A Cōmouit populum docens per vniuersā iudeam: a incipiens a galilea vsq̄ huc. M Pilatus autez audiens galilea: interrogauit si homo galileus esz. Et vt cognouit q̄d herodis potestate esset: remisit eum ad herodē qui a ipse hierosolymis erat

m

illis diebus. Herodes autem
viso iesu: gauisus est valde:
Erat enī ex multo tpe cupiens
videre eū: eo q̄ audierat mul
ta de illo: ⁊ sperabat signū ali
quod videre ab eo fieri. Inte
rrogabat aūt illū multis ser
monibus. At ipse nihil illi re
spondebat. Stabāt aūt illā prin
cipes sacerdotū ⁊ scribe cōstanter
accusantes eū. Spreuit autē
illum Herodes cū exercitu suo:
et illusit indutū veste alba ⁊ re
misit ad pilatū. Et facti sunt
amici Herodes ⁊ pilatus in ip
sa die: nam antea inimici erāt
adinuicē. Pilatus aūt cōuo
catis principibus sacerdotū
et mgr̄atibus ⁊ plebe: dixit ad
illos. ℣ Obtulistis michi
hūc hominē quasi auertentē
populū: ⁊ ecce ego coram vobis
interrogās nullam causam in
uenio in hoīe isto: ex his in q̄
bus eū accusatis: sed neq̄ He
rodes. Nam remisi vos ad il
lum: ⁊ ecce nihil dignū morte
actum est ei. Emendatū ergo
illum dimittam. ℣ Necesse
autem habebat dimittere eis
per diem festum vnum. Excla
mauit autem simul vniuer
sa turba dicēs. ℣ Tolle hūc
et dimitte nobis barrabā ℣
Qui erat propter seditionē
quandam factam in ciuitate
et homicidiū: missus in carce
rem. Iterum autem pilatus
locutus est ad illos: volens di
mittere iesū. At illi succlama
bant dicentes. ℣ Crucifige
crucifige illum. ℣ Ille aūt
tertio dixit ad illos ℣ Quid
enī mali fecit iste? Nullā cau
sam mortis inuenio in eo. Cor
ripiam ergo illum: ⁊ dimittā
℣ At illi instabant vocibus
magnis: postulantes vt cruci
figeret. Et inualescebant vo
ces eorum. Et pilatus adiu
dicauit fieri petitionē eorum.
Dimisit autem illis eum qui
propter homicidiū ⁊ seditionem
missus fuerat in carcerē quē
petebant: iesum vero tradidit
voluntati eorum. Et cum du
cerent eum: apprehenderūt si
monem quendā cyrenensē
venientem de villa: ⁊ imposue
runt illi crucē portare post iesū

Sequebatur autem illū mlta turba ꝑpuli ⁊ mulierū q̄ plangebant ⁊ lamentabant cum. Conuersus aūt ad illas ihesus dixit. ℒ Filie hierusalem nolite flere sup me: sz super vosipsas flete ⁊ sup filios vestros. Q̄m ecce veniēt dies in quibus dicent. Beate steriles: ⁊ ventres que non genuerūt: ⁊ vbera que non lactauerunt. Tunc incipiēt dicere mōtibus cadite sup nos: ⁊ collibus opprite nos. Quia si i viridi ligno hec faciūt: in arido quid fiet: ℳ Ducebant aūtem ⁊ alij duo nequā cum eo vt interficerētur. Et ꝑstq̄ venerunt in locum qui vocatur caluarie ibi crucifixerūt eum. et latrones: vnum a dextris ⁊ alium a sinistris. Jesus aūt dicebat. ℒ Pater dimitte illis: non enī sciunt quid faciūt ℳ Diuidentes vero vestimēta eius: miserūt sortes. Et stabat ꝑpulus expectans: ⁊ deridebant illum principes cū eis dicentes. ℵ Alios saluos fecit: seipsum saluum faciat si hic est christus dei electꝰ. ℳ Illudebant autem ei ⁊ milites: accedentes ⁊ acetum offerentes illi dicentes. ℵ Si tu es rex iudeorum: saluum te fac. ℳ Erat autem ⁊ suplscriptio scripta super illum: litteris grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis. Hic est rex iudeoꝝ. Unus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum: dicens. ℵ Si tu es christꝰ saluum fac teipsum: ⁊ nos. ℳ Respondens autem alt increpabat illum dicens. ℵ Neq̄ tu times deū: q̄ in eadem dānatione es: Et nos quidē iuste: nam digna factis recipimus hic vero nihil mali gessit. ℳ Et dicebat ad ihesum. ℵ Dñe: memento mei dum veneris in regnum tuū. ℳ Et dixit illi ihesus. ℒ Amē dico tibi: hodie mecū eris in paradyso. ℳ Erat aūt fere hora sexta. ⁊ tenebre facte sunt i vniuersa terra: vsq̄ in horam nonam. Et obscuratꝰ est sol ⁊ velum templi scissum ē mediuz. Et clamās voce magna ihesus

ait. ℣ Pater in mānus tuas cōmendo ſpm̄ meum. ℟ Et hec dicens expirauit. ✠ Hic flexis genubus legat pater noſter. Videns autē centurio qđ factum fuerat glorificauit deum dicens: ℟ Vere hic homo iuſtus erat. ℟ Et omis turba eorū qui ſimul aderant ad ſpectaculū iſtud. z videbant que fiebant: percutientes pectora ſua reuertebantur. Stabant aūt oēs noti eius a longe: z mulieres que ſecute erant eū a galilea hec videntes. Euangeliū more ſolito cantat.

Ecce vir nomine ioſeph q̄ erat decurio vir bonus z iuſtus. hic nō conſenſerat conſilio z actibus eoꝝ ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat z ipſe regnum dei. Hic acceſſit ad pilatum z petijt corpus ieſu. Et depoſitū inuoluit ſyndone: z poſuit eum in monumēto exciſo In quo nondū quiſq̄ poſit' fuerat. Offert

Oñe exaudi oronē meā et clamor me' ad te pueniat. Secret

Purifica nos miſericors deus. vt eccleſie tue p̄ces que tibi grate ſunt. pia mūera deferētes fiant expiatis mētib' gratiores. P̄dn.n.ie. Prefatio

Qui ſalutem. Comī.

Domī meū cū fletu temperabā quia eleuās alliſiſti me. et ego ſicut fenū aruī tu aūt dñe in eternū pmanes tu exurgens miſereberis ſion quia venit tps miſerendi eius. Complenda

Largire ſenſib' nr̄is oīps deus. vt per temporalem filij tui mortem quam myſteria veneranda teſtant vitam nobis perpetuam dediſſe confidam' P̄dn.no.ie. Sup populum.

Reſpice dñe qs ſup hanc familiam tuā pro qua dñs nr̄ ieſus chriſt' nō dubitauit manibus tradi nocentiuꝝ. z crucis ſubire tormentū. Qui tecum viuit z reg. Feria.v. In cena dñi.

Nos autez gloriari oportet i cruce dñi nr̄i ieſu chriſti i quo eſt ſalus vita et reſurrectio nr̄a per quē ſaluati et liberati ſumus. ℟ Deus miſereat nr̄i

et benedicat nobis illumiet vultum suũ super nos et misereatur nostri. Nos aũt. Dñs vobiscũ Sine K lectam⁹ genua

Deus a quo et iu- Collec.
das reatus sui pœnam. et confessiõis sue latro premiuz sumpsit. concede nobis tue propiciatiõis effectũ. vt sicut i passione sua ihesus christ⁹ dñs noster diuersa vtriscz intulit stipendia meritoz. ita nobis ablato vetustatis errore: resurrectionis sue gratiã largiat. Qui te. vi.

Ad Corinthios

Fratres. Conuenientibus vobis in vnũ: iam nõ est dñicam cenam mãducare. Vnusquiscz enim suam cenam presumit ad mãducandum. Et alius quidez esurit: alius autem ebrius est. Nunqd domos nõ habetis ad mãducandũ et bibendũ. aut eccle siam dei contẽnitis et confundits eos q̃ nõ hñt: Quid dicam vobis: Laudo vos. in hoc nõ laudo. Ego enim accepi a domino qd et tradidi vobis: quñ dñs ihesus in qua nocte tradebatur accepit panẽ. et gratias agens fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc ẽ corpus meũ quod pro vobis tradet Hoc facite in meã cõmemoratiõnẽ. Simili et calicez postcz cenauit dicẽs. Hic calix: nouũ testamẽtũ est in meo sanguine. Hoc facite: quotiẽscunqz bibitis in meã cõmemoratiõnez. Quotienscũqz enim mãducabitis panem hunc. et calicem bibetis: mortem dñi annũciabitis donec veniat. Itaqz quicunqz mãducauerit panez vel biberit calicẽ dñi indigne: reus erit corpis et sanguinis dñi. Probet aũt seipsum homo: et sic de pane illo edat. et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudiciũ sibi manducat et bibit non diiudicãs corp⁹ dñi. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et dormiũt multi. Qd si nosipsos diiudicaremus: nõ vtiqz diiudicaremur. Dũ iudicamur autem a dño corripimur: vt nõ cũ hoc mũdo dãnemur. Gz.

Christ⁹ factus ẽ pro nobis obedi

ens vsq; ad morte: morte autez crucis. ℣ Propter qđ et đs exaltauit illũ et dedit illi nomẽ qđ est sup oẽ nomẽ. Scđm Joh:

In.i.t. Ante diem festũ pasche sciens ihesus quia venit hora eius vt trãseat ex hoc mũdo ad patrem cum dilexisset suos qui erant in mũdo in finẽ dilexit eos. Et cena facta cum diabolus iam misisset in cor vt traderet eum iudas simonis scariothis: sciens quia oia dedit ei pater in manꝰ a quia a deo exiuit a ad deũ vadit. surgit a cena a ponit vestimenta sua. Et cũ accepisset lintheum: prinxit se. Deinde misit aquã in peluim: a cepit lauare pedes discipulorz a extergere lintheo quo erat precinctus. Venit ergo ad simonẽ petrũ: a dixit ei petrus. Dñe: tu mihi lauas pedes: Respondit ihesus: a dicit ei Qđ ego facio: tu nescis modo scies aũt postea. Dicit ei petrꝰ. Nõ lauabis mihi pedes i eternũ. Respondit ei ihesus. Si nõ lauero te: nõ habebis partez mecũ. Dicit ei simon petrus. Dñe: nõ tm̃ pedes meos. sed a manus a caput. Dicit ei ihesus Qui lotus est nõ indiget nisi vt pedes lauet: sed est mũdus totus. Et vos mũdi estis: sed nõ oes. Sciebat enim quisnaz esset qui traderet eũ. Propterea dixit. nõ estis mũdi oes. Postq̃ ergo lauit pedes eorz et accepit vestimẽta sua: a cumz recubuisset. iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis: Vos vocatis me mgr̃ a dñe: et bñ dicitis. sum etenim. Si ergo ego laui pedes vr̃os dñs et mgr̃: a vos debetis alter alterius lauare pedes. Exẽplum enim dedi vobis vt quẽadmodum ego feci vobis ita a vos faciatis. Credo nõ dr Off. Dextera dñi fecit virtutẽ dextera dñi exaltauit me non moriar sed viuã et narrabo opera dñi.

Nota due hostie cõsecrãde sũt quarũ vna i crastinũ seruat.

Ipse tibi qs dñe Secreta. sancte pater ops eterne deus sacrificiũ nr̃m reddat acceptuz q̃ discipul' suis i sui cõmemoratione hoc fieri hodierna tra

ditione mõstrauit ieſus chriſtus filius tuus dñs nr. Qui tecum viuit ꝛ reg. Prefatio. Qui ſalutē. Infra actionez. Cōicātes. Hāc igit. Qui pridie. Nota ad agn⁹ dei dicitur ter miſerere nobis. et nō dona nobis pacē. Nec pax datꝫ dñs ieſus poſtquā cenauit cū diſcipulis ſuis dauit pacē diſcipulis ſuis dicēs pacē relinquo vobis pacē meā do vobis ego dñs et mgr exemplū dedi vobis vt et vos ita faciatis. Hic accipiat diacon⁹ calicē ꝛ vertat ſe ad ꝑpulum cantans incipiēdo ad veſpas

QAlicē ſalutaris accipiam: et nomē dñi invocabo ℟ Credidi. Ant. Cū his qui oderūt pacē erā pacificus cū loquebar illis impugnabant me gratis. ℟ Ad dñm cū. Ant. Ab homib⁹ iniquis libera me ℟ Ēripe. Ant. Cuſtodi me a laqueo quē ſtatuerūt mihi et ab ſcandalis opantiū iniquitatem. ℟ Dñe da mauī. Ant. Cōſiderabā ad dexterā et videbaz: et non erat qui cognoſceret me. ℟ Voce mea. Sequitur immediate ſine hymno cap. ꝛ ℣ Sup magnificat ant. Cenantib⁹ aūt accepit ieſus panē bñdixit et fregit dedit diſcipulis ſuis. ℟ Magnificat aia. Cōplē. Refecti vitalib⁹ alimētis q̄ſumus dñe deus noſter. vt qđ tempore noſtre mortalitatis exequimur. imortalitatis tue munere conſequamur. Ꝑ dñ. Benedicam⁹ dño. Sine benedictione. Deinde repetitur ſacramentū chpo cāmāte. Hoc corpus. et chuſificet. In die

In tribulatione paraſceues. ſua mane conſurgent ad me Venite reuertamur ad dñm q̄a ipſe cepit ꝛ ſaluabit nos: percuſſit ꝛ curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos: ꝛ viuemus in cōſpectu ei⁹. Sciem⁹ ſequemurq; vt cognoſcamus dñm. Quaſi diluculū preparatus ē egreſſus eius: ꝛ veniet quaſi imber nobis temporaneus ꝛ ſeroꝫinus terre. Quid faciā tibi effraym q̄d faciā tibi iuda: Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina: ꝛ qua-

si vos mane pertrāsiēs. Propter hoc dixi in ꝓphetis z occidi eos in verbis oris mei et iudicia mea quasi lux egredientur. Quia misericordiam volui z non sacrificiū: z sciētiam dei plus q̄ holocausta. ℣ ne audiui audiū Tractus tuū et timui cōsideraui opa tua et expaui. ℣ In medio duum animaliū innotescēris dum appropinquauerit anni cognoscēris dū aduenerit ostenderis ℣ In eo dum cōturbata fuerit anima mea in ira misericordie mee memor eris. ℣ Deus a libano vēiet et sanct⁹ de mōte umbroso et cōdēso. ℣ Opꝛuit celos maiestas eius et laudis eius plēa ē terra. Sacerdos. Oremus. Diaconus a dextris. Flectamus genua. Diaconus a sinistris. Leuate. Col

OEus a quo z iudas reatus sui pnam z confessionis sue latro premiū sumpsit. concede nobis tue ꝓpiciationis effectum vt sicut in passione sua iesus christ⁹ dñs noster diuersa vtriq̄ intulit stipendia meritoꝝ: ita nobis ablato vetustatis errore. resurrectiōis sue grām largiatur. Qui te. vi. Lectio sine titulo.

IN diebus illis. Dixit dñs ad moysen z aaron in terra egypti. Mensis iste vobis principiū mensiū: primꝰ erit in mēsibus anni. Loq̄mini ad vniuersum cetū filioꝝ israel: z dicite eis. Decima die mēsis huius tollat vnusq̄sq̄ agnū p familias z domos suas. Sin aūt minor ē numer⁹ vt sufficere possit ad vescēdū agnū: assumat vicinū suū qui iunctus est domui eius: iuxta numerū aiarū que sufficere possint ad esuꝫ agni. Erit enī agn⁹ absq̄ macula: masculus āniculus. Juxta quē ritum tolletis z hedū: z seruabitis eum vsq̄ ad quartā decimā diem mensis hui⁹ immolabitq̄ eū vniuersa multitudo filioꝝ israel: ad vesperū. Et sumēt de sanguine ei⁹ ac ponēt sup vtrūq̄ postē: et in suplimiarib⁹ domoꝝ in q̄bus comedēt illū. Et edēt carnes nocte illa assas igni: z azy

mos panes cū lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudū quid. nec cocti aqua: sed assum tantū igni. Caput cū pedib' eius z intestinis vorabitis. z os nō confringetis nec remanebit ex eo q̄cq̄ vsq; mane. Si q̄d residuū fuerit: igni cōburetis. sic autē comedetis illū. Renes vestros accingetis. calciamēta habebitis i pedib'. tenētes baculos i manibus. z comedetis festinantes. Est enim phase: id est. trānsitus dñi. Tractus.

Eripe me dñe ab oi malo a viro iniquo libera me. ℣ Qui cogitauerunt malicias in corde tota die constituebant prelia. ℣ Acuerūt linguas suas sicut serpentes venenū aspidū sub labiis eoz. ℣ Custodi me dñe de manu pctōris et ab hoib' iniquis libera me. ℣ Qui cogitauerunt supplantare gressus meos absconderunt superbi laqueos mihi. ℣ Et funes extēderūt in laqueū pedibus meis iuxta iter scādalum posuerunt mihi. ℣ Dixi dño deus me' es tu exaudi dñe vocem orationis mee. ℣ Domine dñe virtus salutis mee obūbra caput meum in die belli. ℣ Ne tradas me a desiderio meo peccatori cogitauerī aduersum me ne derelinquas me ne vnquā exaltent. ℣ Caput circuit' eorū labor labioz ipsoz operiet eos. ℣ Verumtamē iusti confitebūtur noi tuo. et habitabūt recti cū vultu tuo. Passio legatur sine tītulo Medio modo.

Egressus ē iesus cū discipulis suis trans torrētem cedron: vbi erat hortus In quē introiuit ipse: z discipuli ei'. Sciebat aūt z iudas q̄ tradebat eū. locū. q̄a frequēter iesus cōuenerat illuc cū discipulis suis. Judas ergo cū accepisset cohortē: z a pontificib' et pharisēis ministros vēit illuc cū lanternis z facib' z armis. Jesus itaq; sciens ea q̄ ventura erāt sup eū: prodiit z dixit eis. T Quē queritis: M Rndērūt ei M Jesū nazarenū M Dicit eis iesus T Ego sū M Stabat aūt z iudas q̄ tradebat cū cū ipis. Ut ergo iesus

dixit eis ego sū: abierūt retrorsū ꝛ ceciderūt i terrā. Iterꝫ ergo interrogauit eos ℣ Quem queritis. ℟ Illi aūt dixerūt ℵ Jesum nazarenum. ℟ Respondit iesus. ℣ Dixi vobis: ꝙa ego sum. Si ergo me queritis: sinite hos abire. ℟ Vt impleret sermo quē dixit ꝙa quos dedisti mihi: nō perdidi ex eis quēq̄. Simon ergo petrus habens gladium eduxit eum: ꝛ percussit pontificis seruū. ꝛ abscidit auriculā eius dexteraz. Erat aūt nomē seruo: malch⁹. Dixit ergo iesus petro. ℣ Mitte gladiū tuum in vaginā. Calicem quem dedit mihi pater: non bibā illum: ℟ Cohors ergo ꝛ tribun⁹ et ministri iudeoꝝ comprehenderunt iesum. ꝛ ligauerūt eum: et duxerūt eum ad annā primū. Erat enī socer caypheː ꝙ erat pontifex anni illi⁹. Erat āt cayphas. ꝙ cōsiliū dederat iudeis ꝙa expedit vnū hoiem mori ꝓ pplo. Sequebat aūt iesum simon petrus: ꝛ alī⁹ discipulus Discipulus aūt ille erat not⁹ pontifici: ꝛ introiuit cū iesu in atrium pontificis. Petrus āt stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat not⁹ pontifici: ꝛ dixit ostiarie. ꝛ introduxit petrum. Dixit ergo petro ancilla ostiaria ℵ Nunquid ꝛ tu ex discipul' es hominis istius: ℟ Dicit ille. ℵ Non sum. ℟ Stabant autem serui ꝛ ministri ad prunas quia frigus erat et calefaciebant se. Erat autē cum eis ꝛ petrus stans: ꝛ calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit iesum de discipulis suis: ꝛ de doctrina eius. Respondit ei iesus. ℣ Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga. et in templo quo omnes iudei conueniunt: ꝛ in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas: Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt: ꝙ dixerim ego. ℟ Hec cū dixisset vnus assistēs ministroꝝ. dedit alapā iesu dicēs ℵ Sic rñdes pōtifici: ℟ Respōdit ei iesus ℣

Si male locutus sum: testio/
niū phibe de malo. Si aūt be
ne: q̄d me cedis: ℳ Et misit
eum annas ligatum: ad cay/
phā pontificē. Erat autē si/
mon petrus stans: & calefaci/
ens se. Dixerunt ergo ei. ℟
Nunquid & tu ex discipul' eius
es: ℳ Negauit ille & dixit.
℟ Non sū. ℳ Dicit ei un'
ex seruis pontificis: cognatus
eius cuius abscidit petrus au
riculā. ℟ Nōne ego te vidi i
orto cū illo: ℳ Iterū ergo
negauit petrus: & statim gall'
cantauit. Adducūt ergo iesū
a caypha in pretoriuz. Erat
aūt mane. Et ipsi nō introie/
runt in pretorium ut non cō/
taminarent̄: sed manducarēt
pascha. Exiuit ergo pilatus ad
eos foras. & dixit. ℟ Quaz
accusationē affertis aduersus
hominem hunc. ℳ Respon/
derunt: & dixerunt ei. ℟ Si
non esset hic malefactor: non
tibi tradidissem' eū. ℳ Di/
xit ergo eis pilatus. ℟ Acci/
pite eum vos: & secm̄ legē ve/
stram iudicate eum. ℳ Di/
xerūt ergo ei iudei. ℟ Nobis
non licet interficere quēq̄. ℳ
Ut sermo iesu impleret quez
dixit. significās qua morte es
set moriturus. Introiuit er/
go iterum in pretoriū pilat':
et vocauit iesum: & dixit ei. ℟
Tu es rex iudeorum: ℳ Et
respondit iesus. ℣ A temet/
ipso hoc dicis: an alij tibi dixe
runt de me: ℳ Respondit pi
latus: ℟ Nunquid ego iu/
deus sum: Gens tua & ponti/
fices: tradiderunt te mihi. q̄d
fecisti: ℳ Respōdit iesus. ℣
Regnum meum non est de hoc
mundo. Si ex hoc mundo esset
regnum meum: ministri mei
utiqz decertarent ut non tra/
derer iudeis. Nunc autez regnū
meum: non est hinc. ℳ Di/
xit itaqz ei pilatus. ℟ Ergo
rex es tu: ℳ Respondit iesus
℣ Tu dicis: q̄a rex sum ego.
Ego in hoc natus sū: & ad hoc veni
in mūdū. ut testimoniū phi/
bram veritati. Omis q̄ est ex ve
ritate: audit meā vocem. ℳ
Dicit ei pilat'. ℟ Quid ē ve
ritas: ℳ Et cū hoc dixisz: iterū

exiuit ad iudeos ꝛ dicit eis. ℟ Ego nullã inuenio in eo causam. Est aũt cõsuetudo vobis vt vnũ dimittã vobis i pascha Vultis ergo dimittã vobis regẽ iudeoꝝ: ℣ Clamauerũt rursum omẽs dicẽtes. ℟ Non hunc: sed barrabã. ℣ Erat autez barrabas latro. Tũc ergo apprehẽdit pilatus iesuz: ꝛ flagellauit. Et milites plectẽtes coronam de spinis: imposuerunt capiti ei⁹. ꝛ veste purpurea circũdederũt euz: et veniebãt ad eũ: ꝛ dicebãt. ℟ Aue rex iudeoꝝ. ℣ Et dabant ei alapas. Exijt iterꝝ pilatus foras ꝛ dicit eis. ℟ Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoscatis quia i eo nullam causam inuenio. ℣ Exijt ergo iesus portans spineam coronã: ꝛ purpureũ vestimentũ ꝛ dicit eis pilatus. ℟ Ecce homo. ℣ Cuz ergo vidissent eũ pontifices ꝛ ministri: clamabãt dicẽtes. ℟ Crucifige: crucifige eum. ℣ Dicit eis pilatus. ℟ Accipite euz vos: ꝛ crucifigite. Ego enim nõ inuenio i eo causam. ℣ Responderũt ei iudei. ℟ Nos legem habem⁹. ꝛ secũm legez debet mori: qꝛa filium dei se fecit. ℣ Cũ ergo audisset pilatus hũc sermonez: magis timuit. Et ingressus ẽ pretoriũ iterũ et dicit ad iesuz. Vnde es tu: Jesus aũt rñsum nõ dedit ei Dicit ergo ei pilat⁹. ℟ Mihi non loqueris: Nescis qꝛa potestatẽ habeo crucifigere te: et potestatem habeo dimittere te: ℣ Respondit iesus. ℣ Non haberes potestatem adversum me vllam nisi tibi essz datum desuper. Propterea q̃ tradidit me tibi: maius peccatum habet. ℣ Et exide querebat pilatus dimittere eum Judei autem clamabant dicentes. ℟ Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Omnis qui se regem facit contradicit cesari. ℣ Pilatus ergo cum audisset hos sermones: adduxit foras iesum et sedit pro tribunali i loco qui dicitur licostratos. hebraice autem gabatha. Erat aũt

paraſceue paſce: hyra quaſi
ſexta. Et dicit iudeis. ℟ Ecce
rex veſter. ℣ Illi autez cla-
mabant. ℟ Tolle:tolle: cru-
cifige eū. ℣ Dicit eis pila-
tus. ℟ Regē veſtrum crucifi
gam: ℣ Reſpnderūt pnti-
fices. ℟ Nō habemus regē:
niſi ceſarē. ℣ Tūc ergo tra-
didit eis illum:vt crucifigeret
Suſceperūt aūt ieſum:a edu-
xerūt. Et bajulans ſibi crucez
exiuit in eum qui dicit calua-
rie locū. hebraice autez golga
tha. vbi eū crucifixerūt. Et cū
eo alios duos: hinc a hinc. me-
diū autez ieſum. Scripſit aūt
et titulū pilatus: a poſuit ſuper
crucem. Erat autem ſcriptuz:
ieſus nazarenus rex iudeorū
rius eius fuit: Aut quis pri-
or dedit illi. a retribuet ei: quī
ex ipso a per ipsū a in ipso sūt
omnia: ipsi honor a gloria i
secula seculoz amen. **Gr̄.**

Benedict' es dñe qui iuueris
abyssos et sedes super cherubin.
℣ Benedictus es in throno re-
gni tui et laudabilis in secula.
Alleluia ℣ Benedictus es do
mine deus patrū nostroz et lau
dabilis in secula. Alleluia ℣
Omniū in te credentiū sulcipe vo
ta trinitas alma tibi gl'ia et laus
eterna. **Sequentia.**

Benedicta semper sancta sit
trinitas deitas scilicet vnitas co-
equalis gloria. ℣ ater filius sanc-
tus spiritus tria sunt noia, ead̄ substancia. O
eus genitor deus
genitus in vtroq; sacer spiritus

In [illegible] sactus
Laudate dñm oēs gētes

deitate socia: Non tres tamen dii sunt deus verus unus est sic pater dominus filius spiritusq; sanctus Proprietas in personis unitas ē et i essentia. Maiestas par et potestas decus honor eque p omnia Sidera maria continet arua simł et universa condita: Quem tremūt impia tartara colit quoq; quem et abyssus infima. Nūc ois vox atq; lingua fateatur hunc laude debita. Quem laudat sol atq; luna.dignitas adorat angelica. Et nos voce pcelsa omnes modulemur organica cantica dulci melodia. Eya et eya nunc simł iubilemus altichrono dño laudes in excelsis. O adorāda trinitas, O veneranda unitas. Per te sumus creati vera eternitas. Per te sumus redempti summa tu charitas. Populus cunctum tu protege salua libera eripe et emunda. Te adoram' omnipotens tibi canim' tibi laus et gloria. Per infinita secula seculorum. Euangeliū. Cum venerit paradytus. Ꝟ dñica pst ascensionē. fol'.c.xxx. Off. Benedictus sit deus pater unigenitusq; dei filius sanc' quoq; spiritus quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta. Sanctifica qsūmus dūne de' noster per tui sancti nois invocationem. a per unigeniti tui virtutem huius oblationis hostiam: a cooperāte spiritusancto per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternū. Dei' ꝑ eūdē Prefatio. Qui cum unigeni. Benedicite deum celi.et Cōm coram omnibus viuentibus cōfitemini ei quia fecit nobiscum misericordiam suā. Complen. Profíciat nobis ad salutē corpris et anime dūne ds huius sacramenti pceptio: a sempiterna sancte trinitatis eiusdemq; indiuidue unitatis cōfessio. Ꝟ. De corpe christi. Dixit eos ex adipe frumenti.alleluia et de petra mel le saturauit eos al leluia alleluia alleluia. ℟ Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob. Secreta. Deus qui nobis sub sa-

tramento mirabili passionis tue memoriã reliqsti. tribue qñs. ita nos corpis ꝛ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptiõis tue fructum in nobis iugit sentiam'. Qui vi.

Ad Corinthios.

FRes: Ego enĩ accepi a dño qd ꝛ tradidi vobis: qm̃ dñs nr ihesus christus in qua nocte tradebat. accepit panẽ gr̃as agẽs fregit ꝛ dixit Accipite ꝛ mãducate. Hoc est corpus meũ qd ꝓ vobis tradet. Hoc facite i meã cõmemoratiõnẽ. Simili ꝛ calicẽ post ꝙ cenauit dicẽs. Hic calix novum testamẽtũ est i meo sanguine. Hoc facite quotiẽscũq; sumitis i meã cõmemoratiõnẽ. Quotiẽscũq; enĩ mãducabitis panẽ hũc ꝛ calicẽ bibetis mortẽ dñi ãnũciabitis donec veniat. Itaq; q̃cũq; mãducauerit panẽ hũc. vel biberit calicem dñi indigne: reꝰ erit corporis et sanguis dñi. Probet ãt seipsũ hõ ꝛ sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enĩ mãducat ꝛ bibit indigne: iudiciũ sibi manducat ꝛ bibit. Nõ dijudicans corpus dñi. **Gr:** Oculi omniũ in te sperant dñe et tu das illis escam in tempore opportuno: ℣ Aperis tu manum tuam et imples oẽ animal bñdictione. **Alleluia** ℣ Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus qui mãducat meã carnem et bibit meũ sanguinem i me manet et ego i eo. **Sẽqn:** Lauda sion saluatorem: lauda ducem et pastorem in hymnis et canticis. Quantum potes tantum aude quia maior omni laude nec laudare sufficis Laudis thema spĕciale' panis vivus et vitalis hodie proponitur Quem in sacre mensa cene turbe fratrum duodene datum nõ ambigitur, Sit laus plena sit sonora sit iocũda sit decora mẽtis iubilatio. Dies enim solennis agitur in qua mense prima recolitur hui' institutio. In hac mẽsa novi regis novũ pascha nove legis phase vetus terminat. Vetustatem novitas vmbram fugat veritas noctem lux elimi-

faciendum hoc expressit i sui memoriam. Doctri sacris instituis panem vinū in salutis consecramus hostiam. Dogma datur christianis qđ in carnem trā sit panis et vinū in sanguinem. Quod non capis quod non vides animosa firmat fides preter rerum ordinem. Sub diuersis speciebus signis tantū et nō reb' latent res eximie. Caro cibus sanguis potus manet nī christus totus sub vtraqz specie. A sumente non concisus non confract' nec diuisus integer accipit. Sumit vnus sumūt mille quantum isti tantum ille nec sumptus absumit. Sumūt boni sumūt mali sorte tamen inequali vite vel interit'. Mors est malis vita bonis vide paris sumptionis quā sit dispar exitus Tracto demū sacramento ne vacilles sed memento tantum esse sub fragmēto quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura signi tantuz fit fractura qua nec status nec statura signati minuitur. Ecce panis angelorum factus cibus viatorum vere panis filiorum non mittēdus canibus. In figuris presignat cum ysaac imolatur agnus pasce deputat' datur manna patribus. Bone pastor panis vere iesu nostri miserere tu nos pasce nos tuere tu nos bona fac videre in terra viuentiū. Tu qui cuncta scis et vales qui nos pascis hic mortales tuos ibi cōmēsales coheredes et sodales fac sanctorum ciuiū. S. Johan.

In.i.t.D.i.d.s.i urbis iudeorum. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere ē potus Qui mānducat meā carnez i bibit meū sanguinē: i me manet i ego in illo. Sicut misit me viuens pater. i ego viuo ꝓpter patrem. Et qui manducat me' i ipse viuet ꝓpter me. Hic est panis qui de celo descēdit. Nō sicut patres vestri mānducauerūt manna i mortui sunt. Qui manducat hūc panē: viuet in eternū. Credo dr Sacerdotes incensum Off. dñi et panes offerūt deo. et ideo sancti erūt deo suo. et nō polluent nomē eius alla. Secreta.

Ecclesie tue qñs dñe vnitas

tis ⁊ patis ꝓpicius dona cõce-
de. que sub oblatis muneribꝰ
mystice designantur. ℗ dñm
Prefatio. Qui per incarnati. Com.
Quotiensc̃unq; manducabitis panem hunc et calicẽ bibetis mortẽ dñi annũciabitis donec veniat. itaq; quicũq; manducauerit panẽ vel biberit calicem dñi indigne reus erit corpis et sanguinis dñi alla. Complen.
Hac nos q̃s dñe diuinitatis tue sempiterna fruitiõe repleri. quam precioſi corporis et sanguinis tui tempalis perceptio prefigurat. Qui vi.

Dominica. i. pst trinitatis.

Domine in tua misericordia sperauit exultauit cor meum in salutari tuo cantabo dño qui bona tribuit michi. ℣ Vsq;quo dñe obliuiscer̃is me in finẽ vsq;quo auertis faciem tuam a me.

Deus in te sperantium Collec.
forinudo adesto ꝓpicius inuocatiõibus nr̃is: ⁊ quia sine te nihil potest mortalis infirmitas. presta auxilium gratie tue: vt in exequendis mandatis tuis: ⁊ volũtate tibi ⁊ actione placeam⁹. ℗

Charissimi: Joh. apli
Deus charitas ẽ. In hoc apparuit charitas dei i nobis. q̃m filiũ suũ vnigenitum misit deus in mũdũ: vt viuamus per eum. In hoc est charitas. non quasi nos dilexerimus deum. sed q̃m ipse prior dilexit nos. ⁊ misit filiũ suũ ꝓpiciationẽ pro peccatis nr̃is. Charissimi. si deus dilexit nos et nos debem⁹ inuicẽ diligere. Deum nemo vidit vnq̃. Si diligamus inuicẽ deus in nobis manet: ⁊ charitas dei in nobis perfecta est. In hoc intelligimus. q̃m in eo manemus et ipse in nobis: q̃m de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus ⁊ testificamur: q̃m pater misit filiũ suũ saluatorẽ mundi. Quisquis confessus fuerit q̃m iesus est filius dei: deus in eo manet ⁊ ipse in deo. Et nos. cognouimus ⁊ credidimus charitati: quam habet deus in nobis. Deus charitas est: et qui manet in chari-

tate.in deo manet.ꝛ deus i eo
In hac perfecta ē charitas no
biscum:vt fiduciam habeam⁹
in die iudicij.quia sicut ille est
et nos sumus in hac mundo.
Timor non est in charitate:
sed pfecta charitas foras mit-
tit timorem.quoniā timor pe
nam habet. Qui autez timet:
non est perfectus in charitate.
Nos ergo diligam⁹ deū: quo
niā de⁹ prior dilexit nos. Si
quis dixerit quoniaz diligo
deum.ꝛ fratrem suuz oderit:
mendax est. Qui enī non dili
git fratrem suū quem videt:
deum quem non videt quo-
mō pt diligere: Et hoc māda
tum habem⁹ a deo: vt qui di-
ligit deum:diligat ꝛ frēm suū
Ego dixi dñe miserere Gz.
mei.sana animā meā qm̄ pecca-
ui tibi. ℣ Beatus qui intelligit
super egenuz et pauperem: in die
mala liberauit eū dñs. Alla ℣
Deus iudex iustus fortis et pati-
ens nunquid irascetur per singu-
los dies. Euangelium. Ho-
mo quidam erat diues. vt i
quadragesima feria. v. post

dominicam Remisere.xlviij.
Intende voci orationis Off.
mee rex meus et deus me⁹ quo-
niam ad te orabo dñe. Secre.
Hostias nostras tibi domi
ne dedicatas placatus assu-
me:ꝛ ad perpetuum nobis tri
bue peruenire subsidiū. Pdo.
Narrabo omia mira Com.
bilia tua letabor et exultabo i te
psallam nomini tuo altissime.
Tantis domine Complen.
repleti muneribus presta qs
vt ꝛ salutaria dona capiam⁹.
et a tua nunq̄ laude cessem⁹.
Pdo. Feria.iiij. Ad Colos.
Frēs: Mortificate mē-
bra vra q̄ sūt sup terrā
fornicationē immūdiciā.libi
dinē cōcupiscētiā malā ꝛ aua
riciā:q̄ ē idolox̄ cui⁹. Propt
q̄ venit ira dei i filios increduli-
tatis:in q̄b⁹ ꝛ vos ābulastis
aliqñ cū viueretis i illis. Nunc
aūt deponite ꝛ vos oia irā. in-
dignationē:malicia.blasphe-
miā:turpis sermo ō ore vro
nō procedat. Nolite mētiri inui-
cē.expliātes vos veterē hoīez
cū actib⁹ suis ꝛ induētes nouū eū

qui renouat in agnitione dei
scdm imaginē eius qui creauit eum. Vbi nō est gentilis et iudeus: circūcisio ꝛ prepucium. barbarus. ꝛ scita: seruꝰ et liber. Sed oia: ꝛ in oibꝰ christꝰ qui ē bñdictꝰ in secula seculoꝝ

IN.i.t.D.ie. S. Matheū di.s. Nolite putare: q̄a veni soluere legē aut ꝓphas. Nō veni soluere: sed adimplere. Amē quippe dico vobis: donec trāseat celū ꝛ terra. iotha vnū aut vnus apex. nō preteribit a lege donec omnia fiant Qui ergo soluerit vnū d̄ mādatis istis minimis. ꝛ docuerit sic hoies: minimꝰ vocabit in regno celoꝝ. Qui aūt fecerit ꝛ docuerit. hic magnꝰ vocabit in regno celorum. Feria.vi.

IN.i.t.D.ie. S. Lucā. di.s. Impossibile est vt non veniāt scandala. Ve autem illi per quē veniūt. Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collu eius ꝛ proiciatur in mare: q̄ vt scādalizet vnū de pusillis istis. Attēdite vobis. Si peccauerit in te frater tuus: increpa illum. Et si pœnitentiam egerit: dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te: ꝛ septies in die conuersus fuerit ad te dicens. pœnitet me: dimitte illi. Et dixerunt apostoli dño. Adauge nobis fidem. Dixit autē dominus. Si habueritis fidem sicut granum synapis. diceretis huic arbori moro: eraduicare ꝛ transplantare in mare. ꝛ obediret vobis. Quis autem vestrum habens seruum arantem aut oues pascentem: qui regresso de agro. dicit illi statim. transi recumbe. ꝛ non dicit ei para quod cenem ꝛ precinge te ꝛ ministra mihi donec manducē ꝛ bibā et post hec tu manducabis ꝛ bibes: Numquid gratiam habet seruo illi. quia fecit que ei imperauerat: Non puto Sic et vos cum feceritis omnia q̄ precepta sunt vobis: dicite. Serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus.

HEcus est do- Dñica.ij. minus protector meus:

et eduxit me in latitudinem. salvum me fecit quoniã voluit me. ℣ Diligam te domie virt⁹ mea: dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus. ℣ loria pa. **Collecta:**

Sancti nominis tui domine timorem pariter et amorem fac nos habere perpetuum. quia nunq̃ tua gubernatione destituis: quos in soliditate tue dilectionis instituis. ℣. **Lectio epistole beati Johannis apostoli.**

Charissimi: Nolite mirari si odit vos mũdus. Nos scimus quoniam trãslati sumus de morte ad vitam: quũ diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem suũ homicida est. Et scitis quoniaz omnis homicida: non habet vitam eternam in se manentem: In hoc cognouim⁹ dilectionem dei: quoniam ille pro nobis animã suam posuit et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substãtiã mũdi et viderit fratrem suũ necessitatẽ patientez et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo: Filioli mei: non diligamus verbo neq̃ lingua sz opere et veritate. **Graduale.**

Ad dñm cuz tribularer clamaui et exaudiuit me. ℣ Dñe libera aiam meaz a labiis iniquis et a lingua dolosa. Alleluia ℣ Diligam te dñe virtus mea dominus firmamẽtũ meũ et refugium meũ et liberator meus.

Jn illo tẽpore dixit dñs. **S. Lucã.** similitudinẽ hãc. Hõ q̃dã fecit cenã magnaz: et vocauit multos. Et misit seruũ suũ hora cene dicere inuitatis vt veniẽt: q̃a iã parata sũt oia. Et cepẽrũt simul oẽs excusare. Primus dixit ei. Villã emi et necesse habeo exire: et videre illã. Rogo te: habe me excusatum. Et alter dixit. Juga bouũ emi q̃nq̃ et eo pbare illa. Rogo te habe me excusatũ. Et alius dixit Uxorẽ duxi: et ideo nõ possũ venire. Et reuersus seruus nũciauit hec dño suo. Tũc iratus paterfamilias: dixit seruo suo.

Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ pauperes ac debiles cecos ⁊ claudos introduc huc. Et ait seruus. Dñe: factum ē vt imperasti: ⁊ adhuc locus ē Et ait dñs seruo. Exi in vias et sepes: ⁊ compelle intrare. vt impleatur domus mea. Dico autem vobis: quod nemo virorum illorū qui vocati sūt: gustabit cenam meā. Off.
O omine cōuertere et eripe animam meā saluum me fac propter misericordiā tuam domie ne in ira tua arguas me neq; in furore tuo corripias me. Secre.
Oblatio nos domie tuo nomini dicāda purificet: ⁊ d die in diem ad celestis vite transferat actionem. P dn. Comñ.
Cantabo domio qui bona tribuit mihi et psallam nomini domini altissimi. Completa
Sumptis muneribus domine quesumus: vt cum frequētatiōe mysterij crescat nostre salutis effectus. P dñm no.

Feria.iiij. Lectio Ysaie pphe.
Et dicit dñs deus. Audi iacob seruе meus: et israel quem elegi. faciēs ⁊ formans te: ab vtero auxiliator tuus. Quia ego sum. q̄ delco iniq̄tates tuas ꝓpter me: ⁊ peccatoꝝ tuoꝝ non recordabor. Reducme in memoriā: vt iudicemur simł. Narra si quid habes: vt iustificeris. Noli timere seruе meus iacob ⁊ israel rectissime quem elegi. Effūdam eni aquas sup sitientez: et fluenta sup aridam. Effundam de spiritu meo super semen tuū: ⁊ benedictionē meā super generationē tuā. Dicit dñs omnipotens. S. Lucā.
In illo tempore. Accedentes discipuli ad ihesum dixerūt illi. Dimitte turbas: vt eūtes in castella villasq; que circa sunt diuertant. ⁊ inueniant escas. quia hic in deserto loco sumus. Dit autem ad illos. Date illis vos manducare. Et illi dixerunt. Non sunt nobis plus q̄ quinq; panes et duo pisces: nisi forte nos eamus ⁊ emamus in oēm hāc turbā escas. Erant autē viri fere q̄nq; milia. Dit autez ad

discipulos suos. Facite illos discumbere p cōuiuia ꝯna genos: ⁊ ita fecerunt. Et discubuerūt omēs. Acceptis autez ihesus ꝯnꝫ panibus ⁊ duob⁹ pisibus: respexit in celum ⁊ benedixit eos ⁊ fregit ⁊ distribuit discipulis suis vt ponerēt añ turbas. Et manducauerunt omnes: ⁊ saturati sunt.

Feria.vi. Secm Lucam.

In illo tpe. Venit ad ihesum vir. cui nomē iayrus. ⁊ ipse princeps synagoge erat. Et cecidit ad pedes ihesu: rogās eū vt intraret i domuz eius. ꝙa filia vnica erat illi. fere annoz duodecim: ⁊ hec morichabat. Et contingit dū iret: a turbis cōprimebat. Et mulier quedam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim ꝙ in medicos erogauerat oēm substantiā suam. nec ab vllo potuit curari. accessit retro ⁊ tetigit fymbriam vestimenti eius: ⁊ confestim stetit fluxꝰ sanguinis eiꝰ. Et ait ihesus. Quis est qui me tetigit? Negantib⁹ autem omnibus: dixit petrus et qui cum illo erant. Preceptor. turbe te comprimunt et affligunt. ⁊ tu dicis quis me tetigit: Et dixit ihesus. Tetigit me aliquis. Nam ⁊ ego noui virtutem de me exisse. Videns autem mulier quia non latuit: tremēs venit ⁊ procidit ante pedes illius: ⁊ ob quam causam tetigerit euz indicauit coram omni populo. ⁊ quemadmodum confestim sanata sit Ait ipse dixit illi. Filia: fides tua te saluā fecit: vade in pace Adhuc illo loquente. venit ꝙdam ad principem synagoge: dicens ei. Quia mortua est filia tua: noli vexare illum Ihesus ergo audito hoc verbo respondit patri puelle. Noli timere: crede tantū ⁊ salua erit. Et cum venisset ad domū: nō permisit intrare secum quēq; nisi petrum ⁊ iacobum ⁊ iohānem ⁊ patrem ⁊ matrem puelle. Flebant autem omnes: ⁊ plangebant eam. At ille dixit. Nolite flere: non enim est mortua puella. sed dormit. Et deridebant eum: scientes quia

mortua esset. Ipse autem tenens manū eius: clamauit dicens. Puella: surge. Et reuersus est spiritus eius: & surrexit continuo: & iussit illi dare manducare. Et stupebant parentes eius: quibus precepit ne alicui dicerent quod factuz

Rerat. **Dominica.iij.**

Espice in me et miserere mei dñe qm̄ vnicus et pauper ego: vide humilitatē meaz et laborem meum et dimitte omnia peccata mea deus meus. ℣ Ad te dñe leuaui aiaz meā de⁹ me⁹ i te cōfido nō erubescā. Gloria.

Colle.

Rotector in te sperantium deus. sine quo nihil est validū nihil sanctuz: multiplica super nos misericordiam tuaz: vt te rectore te duce: sic transeamus per bona temporalia vt non amittamus eterna. ℞ dñm. **Lectio epīe beati Petri apostoli.**

Charissimi: Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempore visitationis. Omnē sollicitudinem vestram proiicientes in eum qm̄ ipsi cura est de vobis. Sobrij estote & vigilate: qa aduersarius vr̄ diabolus. tanq̄ leo rugiens circuit. querens quē deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eādem passionem ei que in mūdo est vre fraternitati fieri. Deus autē oīs gratie qui vocauit nos in eternam suam gloriā in christo iesu modicū passos: ipse perficiet confirmabit solidabitq̄ Ipsi gloria & imperiū: in secula seculorum amen. **Gr̄.**

Iacta cogitatum tuum in dño et ipse te enutriet. ℣ Dum damarē ad dominū exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant mihi. Alleluia ℣ Domine in virtute tua letabitur rex. et super salutare tuuz exultabit vehementer. **Scdm Lucam.**

In illo tempore. Erant appropinquantes ad iesum publicani et peccatores vt audirent illum. Et murmurabant pharisei et scribe: dicentes. Quia hic peccatores recipit et manducat cum illis. Et ait ad illos. parabolam istaz

dicens. Quis ex vobis ho/mo qui habet centum oues. et si perdiderit vnā ex illis nō/ne dimittit nonagintanouē in deserto. et vadit ad illā. que perierat. donec inueniat illam Et cum inuenerit eam: impo/nit in humeros suos gaudēs et veniens domum: conuocat amicos. dicens illis. Cōgra/tulamini michi. quia inueni ouem meam que perierat. di/co vobis: q̄ita gaudium erit i celo super vno peccatore pēnitē/tiam agente: q̄ super nonagi tanouem iustis qui non indi gent penitentia. Aut que mu/lier habens drachmas decē: et si perdiderit drachmā vnā. Nonne accendit lucernam et euertit domū et querit diligen ter donec inueniat: Et cum in/uenerit: conuocat amicas et vicinas: dicens. Congratula mini mihi: quia inueni dra/chmam quaz perdideram. Ita dico vobis. gaudium erit co/ram angelis dei super vno pe/catore penitentiam agente.

Spernent in te oēs qui no/ Off.

uerūt nomē tuū dñe q̄m non de relinquis querētes te psallite do mino qui habitat in sion q̄m nō est oblitus oīonem pauperum

Respice munera Secreta. q̄s dñe supplicātis ecclesie. et sa/luti credētiū ppetua sanctificatio/ne sumē da cōcede. Pd. Com/ Ego clamaui q̄m exaudisti me deus inclina aurē tuā et exaudi verba mea. Complenda.

Sancta tua nos dñe sūpta viuificēt: et misericordie sem/piterne ppetet expiatos. Pd.

Feria.iiij. Ad Colossenses.

Frēs. Oē q̄cūq; facitis in verbo aut in ope: oia in noīe dñi iesu christi facite gra/cias agētes deo et pri ipsuz. Mulieres subdite estote viris/ sicut oportet in domino. Viri: diligite vxores vestras: et no/lite amari esse ad illas. Filij obedite parentibus per omnia Hoc enim placitum est in do/mino. Patres: nolite ad ira/cundiā puocare filios vros ut non pusillo animo fiant. Serui: obedite per omnia do/minis carnalib' nō ad oculū

seruientes. quasi hijbus placentes. sed in simplicitate cordis timentes dñz. Quodcūqꝫ facitis: ex animo operamini sicut dño ⁊ non hijbus: scientes q̄ a dño accipietis retributionem hereditatis. Jhesu christum: dñm nostrum

Ad.i.c. Scdm Matthæum.

Dixit iesus discip. suis. Esto cōsentiens aduersario tuo cito dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduersarius iudici. et iudex tradat te ministro. et in carcerem mittaris. Amen dico tibi: non exies inde donec reddas nouissimū quadrantem. Audistis quia dictum ē antiquis: non mechiabris. Ego autem dico vobis: quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiscendū eaz: iam mechiatus est eaz in corde suo. q̄ si oculus tuus dexter scandalizat te: erue eum ⁊ proijce abs te. Expedit enī tibi vt pereat vnū membroz tuorū q̄ totum corpus tuuz mittat in gehennam. Et si dextra manus tua scandalizat te: abscide eam ⁊ proijce abs te. Expedit enī tibi vt pereat vnū membroz tuorum: q̄ totum corp' tuum eat in gehennam.

Feria.vi. Scdm Marcum.

In illo tempe. Cum introisset iesus hierosolymā in templum: ⁊ circūspectis omnibus cum iam vespera esset hora exijt in bethaniam cum duodecim. Et alia die cum exirent a bethania: esuriit. Cūqꝫ ficum vidisset a longe habentem folia: venit si quid forte inuenire in ea. Et cum venisset ad eam nihil inuenit preter folia. Jā enī erat tempus ficoz. Et respondens dixit ei. Jam nō amplius in eternum. quisq̄ fructuz ex te manducet Et audiebant discipuli eius ⁊ veniūt hierosolymam. Et cum introisset in templum. cepit eijcere vendentes ⁊ ementes de templo ⁊ mēsas nūmulariorꝫ ⁊ cathedras vendentium columbas euertit: ⁊ nō sinebat vt quisq̄ trāsferret vas per templum: ⁊ docebat dicens eis. Jā nonne scriptum est. quia domus mea:

dimus orationis vocabit oi bus gentibus: Vos autem fecistis eam speluncam latro, num. Quo audito principes sacerdotuz ꝛ scribe: querebant quomodo eum perderent. Ti, mebant eni eum: quoniã vni uersa turba ammirabat sup doctrina eius. Et cum vespera facta esset: egrediebat de ciui, tate. Et cum mane transirent: viderunt ficum aridam factã a radicibus. Et recordatus pe trus: dixit ei. Rabbi: Ecce fic' cui maledixisti: aruit. Et rñ, dens ihesus: ait illis. Habete fi dem dei. Amen dico vobis: quia quicũq; dixerit huic mõ ti. tollere ꝛ mittere in mare: et non hesitauerit in corde suo. sed crediderit: quia quodcũq; dixerit fiat: fiet ei. Dñica. iiij.

Domin' illuminatio mea et salus mea quem time, bo: dominus defensor vite mee a quo trepidabo: qui tribulant me inimici mei infirmati sunt et ceciderunt. ℣ Unam pcii a do mino hanc requiram vt inhabi tem in domo domini omnibus diebus vite mee. Collecta.

Ota nobis dñe quesum' vt ꝛ mundi cursus pacifice nobis tuo ordine diriga, tur. ꝛ ecclesia tua trãquilla de, uotiõe letet. Ad Romanos

Fratres: Existimo eniz quod non sint condig, ne passiones huius temporis ad futuram gloriam que re, uelabitur in nobis. Nam ex, pectatio creature reuelationẽ filiorum dei expectat. Vanita, ti enim creatura subiecta est. non volens: sed propter eum qui subiecit eam in spe. Quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis i libe, tatem glorie filioruz dei. Sci, mus eni quod omis creatura in, gemiscit: ꝛ parturit vsq; ad, huc. Non solum autem illa: sed ꝛ nosipsi primicias spiri, tus habentes. ꝛ ipsi intra nos gemimus adoptionem filio, rum dei. expectantes redemp, tionem corporis nostri. In christo ihesu: domino nro. Gℓ

Propicius esto domine pecca, tis nostris: nequando dicant gẽ,

tes vbi est deus eorum. ℣ Ad iuua nos deus salutaris noster et propter honorē nois tui dñe libera nos. Alla ℣ In te domine speraui non confundar in eternum i tua iustitia libera me et eripe me. indina ad me aurem tuam accelera vt eripias me.

In illo tem. Scdm Lucaz ppre. Dixit ihesus discipulis suis. Estote misericordes: sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare: et non iudicabimini. Nolite condemnare: et non condemnabimini. Dimittite: et dimittemini. Date: et dabitur vobis. Mensuraz bonam et confertam et coagitatam et superefluentē dabūt in sinum vestrū. Eadem ēnim mensura qua mensi fueritis: remetietur vobis. Dicebat aūt illis et similitudinez. Nunqd potest cecus cecum ducere: nōne ambo in foueam cadunt: Non est discipulus sup magistrum. Perfectus autē omnis erit: si sit sicut magister ei⁹ Quid autem vides festucaz in oculo fratris tui: trabz autem que in oculo tuo est. non consideras: Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater. sine eiciam festucam de oculo tuo. ipse in oculo suo trabem non videns: Hypocrita: eiice primum trabem de oculo tuo et tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

Illumina oculos meos Off. ne quando obdormiam in morte ne quando dicat inimicus meus preualui aduersus eum.

Oblationibus Secreta quesumus domie placare susceptis: et ad te nostras etiam rebelles compelle propicius voluntates. Per dñm. Com

Dominus firmamentū meuz et refugium meum et liberator meus deus meus adiutor meus.

Mysteria nos Complenda domine sancta purificēt et suo munere tueantur. Per dñm n.

Feria.iiij. Epistola. Induite vos sicut electi. R in dñica .v. ante septuagesimā. fol. xxvij.

In illo Scdm Matheum. tempore. Cum venisset ihesus in templum: accesserunt ad eum

principes sacerdotum ꝛ seniores populi dicentes. In qua potestate hec facis. aut quis tibi dedit hanc potestatem: Respondens iesus dixit eis. Interrogabo vos ꝛ ego vnū sermonem. quem si dixeritis mihi ꝛ ego vobis dicam in qua potestate hec facio. Baptismū iohānis vnde erat: E celo an ex hominib⁹: At illi cogitabāt intra se: dicentes. Si dixerim⁹ e celo: dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi: Si āt dixerimus ex hominib⁹: timemus turbam. Omnes enim habebant iohannem: sicut p phetam. Et respondentes iesu: dixerunt. Nescimus. Ait illis et ipse. Nec ego dico vobis: in qua potestate hec facio.

Feria.vi. Scōm Matthеum

In illo tempore. Interrogauerunt iesum discipuli ei⁹ dicentes. Quid ergo scribe dicunt q hеliam oportet primuz venire: At ille respondens: ait eis. Helias quidem venturus est: ꝛ restituet omnia. Dico āt vobis: quia hеlias iam venit et non cognouerunt eum. sed fecerunt in eo quecunq volue runt. Sic ꝛ filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli. quia de iohāne baptista dixisset eis. Et cuz veniſſet ad turbā: accessit ad eum homo genubus prouolutus ante eum dicens. Domine: miserere filio meo. qa lunaticus est. ꝛ male patitur: Nam sepe cadit in ignez: ꝛ crebro in aquam. Et obtuli euz discipulis tuis: ꝛ non potuerūt curare eum. Respondens iesus ait. O generatio incredula ꝛ peruersa: quousq ero vobiscum: vsq quo patiar vos: Afferte huc illum ad me. Et increpauit illuz iesus: ꝛ exijt ab eo demonium. Et curatus est puer: ex illa hora. Dñica.v.

Exaudi domine vocē me az qua clamaui ad te adiutor meus esto ne derelinquas me neq despicias me deus salutaris meus. ℣ Dominus illuminatio mea et salus mea quez timebo: Gloria. Collect.

Deus qui diligētibus te

bona inuisibilia ꝓpasti. infũde cordib⁹ nr̃is tui amoris affectũ: vt te i oib⁹ ⁊ sup oia diligẽtes ꝓmissiões tuas. que oẽ desideriũ supant consequamur Ꝑ dñm. Lectio epistole beati Petri apostoli.

Charissimi: Omes vnanimes in oratiõe estote: compatientes. fraternitatis amatores. misericordes. modesti. humiles. non reddentes malũ pro malo. vel maledictũ ꝓ maledicto: sed ecõtrario. bñdicẽtes. Quia in hoc vocati estis: vt bñdictionẽ hereditate possideatis. Qui enĩ vult vitã diligere: ⁊ dies videre bonos: coherceat linguã suã a malo: ⁊ labia eius ne loquant dolũ. Declinet aũt a malo ⁊ faciat bonũ: inquirat pacẽ ⁊ sequatur eã. Quia oculi dñi sup iustos. et aures eius in ꝑces eoꝝ. Vultus aũt dñi supfacientes mala. Et quis est qui vobis noceat si boni emulatores fueritis? Sed ⁊ si quid patimini propter iustitiam: beati. Timorẽ autem eorum ne timueritis: vt non conturbemini. Dñm aũt christum sanctificate in cordibus vestris. Graduale. Protector noster aspice deus et respice sup seruos tuos ℣ Domine deus virtutũ exaudi ꝑces seruoꝝ tuoꝝ. Alla ℣ Audite populus meus legem meam.

Sequentia sancti Evangelii secũdm Lucam

In illo tẽpore: cũ turbe irruerẽt ad iesum vt audirẽt verbum dei. ⁊ ipse stabat secus stagnũ genezareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnũ. piscatores aũt descenderãt: ⁊ lauabãt retia. Ascendens aũt in vnã nauiq̃ erat simonis: rogauit eũ a terra reducere pusillũ. Et sedens docebat de nauicula turbas. Vt cessauit aũt loqui: dixit ad simonẽ. Duc in altũ: et laxate retia vra in capturas. Et respondens simon: dixit illi Preceptor: p totam noctẽ laborantes nichil cepimus in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent: conclauserunt piscium multitudinẽ copiosam Rumpebatur autem rete eoꝝ. Et annuerunt sociis q̃ erant

in alia naui: vt venirent ꝛ adiuuarent eos. Et venerũt ꝛ impleuerunt ambas naiculas ita vt mergerentur. Quod cum videret simon petrus: procidit ad genua ihesu dicens: Exi a me. quia homo peccator sum dñe. Stupor enim circũdederat eum: ꝛ oẽs qui cũ illo erant in captura piscium quã ceperãt Similiter autem iacobum ꝛ iohannem filios zebedei: qui erãt socij simonis. Et ait ad simonẽ ihesus. Noli timere. ex hoc iam eris homines capiens. Et subductis ad terram naues: relictis omnibus secuti sunt eũ.

Off. Benedicã dñm qui mihi tribuit intellectũ prouidebã deũ in conspectu meo semp qm a dextris est mihi ne cõmouear:

Secreta. Propiciare dñe supplicationib' nris ꝛ has oblationes famulorũ famularumq; tuarũ benignus assume vt quod singuli obtulerũt ad honorem nominis tui. cũctis proficiat ad salutem. Per.

Com. Una petii a domino hanc requiram vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee.

Complenda. Quos celesti dñe dono satiasti. presta qsumus: vt a nris mũdemur occultis ꝛ ab hostiũ liberemur insidijs. Per dñm no

Feria.iiij. Ad Timotheum.

Charissime: Obsecro primũ omnium fieri obsecrationes. orationes. postulationes. gratiarũ actiones. pro omnibus hominib': pro regibus ꝛ ducibus ꝛ omnib' q̃ in sublimitate sunt constituti: vt tranquillam ꝛ quietam vitã agamus in omni pietate ꝛ castitate. Hoc enim bonũ est ꝛ acceptum coram saluatore nostro deo: qui oẽs homines vult saluos fieri. ꝛ ad agnitionem veritatis venire. Vn' enim deus: vn' et mediator dei ꝛ hominũ homo christus ihesus. Qui dedit semetipsum redemptionẽ pro omnibus testimoniũ temporibus suis: in quo positus sum ego predicator ꝛ apostolus: Veritatem dico non mentior doctor gentium in fide: ꝛ veritate. **Euangeliũ.** Confiteor

tibi dñe pater. R̄ in feria.iiij. ante septuagesimā.fo.xxviij. Feria.vi. Euangeliū. Offerebant ihesu paruulos. R̄ feria.vi. supra post dñicaz. iiij. ante septuagesimā.fol'.xxvij.

Omin' fortitudo plebis sue et protector saluatariū christi sui est:saluū fac populū tuū dñe et benedic hereditati tue et rege eos vsqz in seculum: ℣ Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas a me ne qñ taceas a me. Collecta.

Deus virtutū cuius ē totum quod est optimum insere pectorib' nr̄is amorez tui nois.a presta in nobis religionis augmentū:vt q̄ sunt bona nutrias ac pietatis studio que sunt nutrita custodias.P dñm. Ad Romanos

Fratres:Quicūqz baptizati sumus in christo iesu.in morte ipsi' baptizati sum'. Consepulti enī sumus cū illo per baptismū in mortē vt quō surrexit christ' a mortuis per gloriaz patris:ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si enī complantati facti sumus similitudini mortis eius simul:a resurrectiōis erimus. Hoc scientes.q̄a vet' ho mo noster simul crucifixus ē: vt destruatur corpus peccati vt vltra non seruiam' peccato Qui enī mortuus ē:iustificatus est a peccato. Si aūt mortui sum' cum christo:credim' quia simul etiaz viuem' cum christo:scientes q̄ christ' resurgens ex mortuis iam nō moritur.mors illi vltra nō dñabitur. Qd enī mortuus ē peccato:mortuus est semel. Qd autem viuit.viuit deo. Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse pctō:viuētes aūt deo. In christo ihesu:dño nr̄o. Conuertere dñe aliquā &c. nolum et deprecare super seruos tuos. ℣ Dñe refugiū factus es nobis a generatione et progenie. Alleluia. ℣ Dñe deus salutis mee i die clamaui et nocte corā te

In illo tpe. S. Matheum

Dixit ihesus discipulis suis Amen dico vobis:nisi habūdauerit iustitia vestra plus q̄

scribarū ꝛ phariseorū.nō in-
trabitis in regnū celorū. Au-
distis quia dictum est antiq̄
non occides. Qui aūt occide-
rit:reus erit iudicio. Ego aūt
dico vobis:quia omnis qui
irascitur fratri suo : reus erit
iudicio. Qui autez dixerit fra
tri suo racha:reus erit cōsilio
Qui autem dixerit fatue: re⁹
erit gehenne ignis. Si ergo
offers munus tuū ad altare.
et ibi recordat⁹ fueris.q̄a fra-
ter tuus habet aliquid aduer
sum te.relinque ibi mun⁹ tuū
ante altare :ꝛ vade prius re-
conciliari fratri tuo:ꝛ tunc ve
niens offeres munus tuum.
Perfice gressus meos in Off
semitis tuis vt non moueant⁹ ve
stigia mea inclina aurem tuam
et exaudi verba mea mirifica
misericordias tuas qui saluos
facis sperantes in te domine.
Propiciare que- Secreta.
sumus domine supplicationi-
bus nostris.ꝛ has populi tui
oblationes benignus assume:
et vt nullius sit irritum votū.
nullius vana postulatio. p̄-
sta q̄esumus:vt quod fideli-
ter petimus. efficaciter consē-
quamur. Pdñm. Comī.
Circuibo et immolabo in taber-
naculo eius hostiam iubilationis
cantabo et psalmū dicam dño.
Repleti sum⁹ dñe Compl.
muneribus tuis tribue q̄s
vt eorum ꝛ mūdemur effectu
et muniamur auxilio. Pdñm
Feria.iiij. Ad Hebreos.
FRatres: Habem⁹ grāz
per quam seruiam⁹ pla
centes deo cū metu ꝛ reuceren-
cia. Etenī deus noster: ignis
consumens est. Charitas fra
ternitatis maneat in vobis:
et hospitalitatē nolite obliui-
sci. Per hanc enī placuerūt q̄
dam angelis hospicio recep-
tis. Memētote vinctoz tanq̄
simul vincti :ꝛ laborātiū tāq̄
et ipsi in corpore morantes.
Honorabile cōnubiū in om-
nibus:ꝛ thorus imaculatus.
Fornicatores enī ꝛ adulteros
iudicabit deus. Sint mores
sine auaricia: contenti p̄sen-
tibus. Ipse enīz dixit. Non te
deseraz neq̄ derelinquā. Ita

vt confidenꝫ dicamus: dñs mihi adiutor ē. non timebo ꝙd faciat mihi homo. Memēto te prepositoꝝ nrōꝝ qui vobis locuti sunt verbū dei quoꝝ intuentes exitū conuersationis imitami fidem. Jesus christ⁹ heri et hodie: ipse et in secula seculoꝝ amen. Scōm Marcū

In illo tpe. Cū egressus esset iesus i via: pcurrens ꝙdam genuflexo ante cū. rogabat cū dicens. Magister bone quid faciā: vt vitā eternaꝫ pcapiā: Jesus autē dixit ei: Quid me dicis bonū: Nemo bonus: nisi solus deus. Precepta nosti: Nō occides. ne adulteres: ne furaris. ne falsum testimoniū dixeris. ne fraudē feceris: honora pātem tuum et matrē. At ille rādens. ait illi. Magister. Hec oīa custodiui a iuuētute mea. Jesus autē intuitus eū dilexit eū: et dixit ei. Vnū tibi deest. Vade quecunqꝫ habes vende et da pauperibus: et habebis thesauruꝫ in celo. Et veni: sequere me.

Feria. vi. Scōm Marcum:

In illo tempore. Venit iesus i regionem gerasenoꝝ: et exeunte eo de naui. statim occurrit ei de monumentis homo ispiritu imundo: qui domicliū habebat in monumētis. Et nec catenis. iam quisq; cum posset ligare. quoniā sepe cōpedibus et catenis vinctus dirupisset catenas et compedes cōminuisset et nemo poterat eū domare. Et semp nocte ac die in monumentis. et in montibus erat clamans et concidēs se lapidibus. Videns autem iesum a longe: cucurrit et adorauit eū: et clamans voce magna et dixit. Quid mihi et tibi iesu fili dei sūmi: Adiuro te p deum: ne me torqueas. Dicebat enī illi iesus. Exi spiritus immūde ab homine. Et interrogabat eum. Quod tibi nomen est: Et dicit ei. Legio mihi nomē est. quia multi sum⁹. Et deprecabatur eum multū: ne se expelleret extra regioneꝫ. Erat autē ibi circa montem greꝫ porcorum magnus pascens: et deprecabant eum spi-

ritus dicentes. Mitte nos in porcos vt eos introeamus. Et concessit eis statim iesus. Et exeuntes spiritus immundi. introierunt in porcos: & magno impetu grex precipitatus est in mare ad duo milia: & suffocati sunt in mari. Qui autē pascebant eos fugerunt: & nunciauerūt in ciuitatē & in agros Et egressi sunt turbe videre q̄d esset factum: & veniūt ad iesum Et vident illum qui a demonio vexabatur. sedentem vestitum & sane mentis. & timuerunt valde. Et narrauerunt illis qui viderant. qualiter factum esset ei qui demoniū habuerat. & de porcis. Et rogare eum cepērūt. vt discederet a finibus eorum. Cumq; ascendere naue. cepit illum deprecari. qui a demonio vexatus fuerat. vt esset cum illo. Et nō dimisit eum: sed ait illi. Vade in domū tuā ad tuos & annuncia illis q̄nta tibi dñs fecerit. & misertus sit tui. Et abijt et cepit predicare ꝑ decapoli: q̄nta sibi fecisset iesus et omnes mirabantur.

Dominica. vij. Jotroimus.

OMnes gēt̄es plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. ℣ Subiecit populos nobis et gentes sub pedibus nostris.

Collecta.

DEus cuius prouidentia in sui dispōne nō fallitur. te supplices exoramus. vt noxia cuncta submoueas. et oia nobis pfutura concedas. ℞ dñz.

Ad Romanos.

FRatres. Humanū dico ꝓpter infirmitatem carnis vestre. Sicut enī exhibuistis membra vestra seruire immundicie. & iniquitati ad iniquitatē: ita & nūc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Cum enī serui essetis peccati: liberi fuistis iustitie. Quē ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis: Nā finis illorū mors est. Nūc vero liberati a pcō: serui autē facti deo: habetis fructum vestrum in sanctificationē. finem vero vitā eternā. Stipēdia

eni peccati mors: gratia autē dei vita eterna. In christo ie-
su: domino nostro. Gz.
Venite filii audite me timorez dñi docebo vos. ℣ Accedite ad eū et illumiamini et facies vre nō confundent. Alla ℣ Dñe refugiū factus es nobis a gene ratione et progenie. S. Mar.
In illo tempore. Cū turba multa esset cuz ielu. nec ha-
berent quod manducarēt: con-
uocatis discipulis. ait illis. Misereor sup turbā: quia ec-
ce iam triduo sustinēt me nec habent quod māducent. Et si dimisero eos ieiunos i domū suam: deficiēt in via. Quidaz eni ex eis: de longe venerūt. Et respōderūt ei discipuli sui. un-
de istos poterit quis hic satu-
rare panibus in solitudine: Et interrogauit eos. Quot pa-
nes habetis: Qui dixerunt. Septem. Et precepit turbe di-
scumbere super terram. Et acci
piens septem panes. gratias agens fregit: et dabat discipu
lis suis. vt apponerent. Et ap
posuerunt turbe. Et habebant
piscículos paucos: et ipsos be-
nedixit. et iussit appōi. Et mā-
ducauerūt: et saturati sunt. Et sustulerunt quod supauerat de fragmentis: septem sportas Erant autem qui manduca-
uerunt. quasi quatuor milia et dimisit eos. Offert.
Sicut in holocaustum arietum et taurorum et sicut in milib' ag-
norum pinguium sic fiat sacrifi
cium nostrum in cōspectu tuo ho
die vt placeat tibi quia non ē cō-
fusio confidentibus in te dñe.
Deus qui legali- Secreta.
um differentiam hostiarum
vnius sacrificij perfectiōe san-
xisti. accipe sacrificium a deuo
tis tibi famulis: et pari benedi
ctione sicut munera abel san-
ctifica. vt quod singuli obtule
runt ad maiestatis tue hono-
rem: cunctis proficiat ad salu
tem. Pdñm nostrū. Com.
Inclina aurem tuam accelera
vt eruas nos. Complenda.
Tua nos domine medicina-
lis operatio et a nris purgita
tibus clemēter expediat: et ad
ea que sunt recta ꝓducat. P.

Feria. iiij. Ad Romanos.

FRēs: Nihil damnatio nis est his qui sunt in christo iesu: qui nō sēdm carnē ambulāt. Lex enī spūs vite i christo iesu liberauit me a lege pcati ⁊ mortis. Nā qđ impssibile erat legi quo infirmabatur pr carnem deus filium suum mittens in similitudinē carnis pcati: ⁊ de pcato dānauit pctm̄ in carne: vt iustificatio legis implerē in nobis. qui nō sēdm carnē ambulamus. sed sēdm spiritum. Qui enī sēdm carnē sūt: que carnis sunt sapiūt. Qui vero sēdm spiritū: que sūt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis mors est: prudentia aūt spūs. vita ⁊ pax. In christo iesu: dmino nostro.

In illo tpe. S. Matheum

Accesserūt ad iesū pharisei ⁊ saducei temptantes: ⁊ rogauerūt eū vt signū de celo ostenderet eis. At ille respondēs ait illis. Facto vespre dicitis: serenū erit: rubicūdū est enim celū. Et mane. Hodie tempestas: rutilat enī triste celum. Faciem ergo celi diiudicare nostis: signa aūt tempoꝝ nō potestis scire. Generatio mala ⁊ adultera signum querit: et signū nō dabitur ei nisi signum ione pphete. Et relictis illis: abijt. Et cū venissent discipuli ei⁹ trans fretum: oblitī sunt panes accipe. Qui dixit illis. Intuemi. ⁊ cauete a fermento phariseoꝝ ⁊ saduceorū. At illi cogitabant intra se dicentes: quia panes nō accepimus. Sciens aūt iesus: dixit. Quid cogitatis inter vos modice fidei: quia panes nō habetis: Nondū intelligitis neq; recordami quinq; panū et q̄nq; milia hominū. ⁊ quot cophinos sumpsistis: Neq; septem panū in quattuor milia hominū. ⁊ quot sportas sūpsistis: Quare nō intelligitis quia non de pane dixi vobis cauete a fermento phariseoꝝ Tunc intellexerunt quia non dixerat cauendū a fermento panum: sed a doctrina phariseorum ⁊ saduceorum.

Feria.vi. Scdm Matheum

In illo tpe. Abijt ihesus sabbato per sata: discipuli aut eius esurientes ceperũt vellere spicas: ⁊ manducare. Pharisei autem videntes: dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt: qd non licet eis facere sabbatis At ille dixit eis. Non legistis quid fecerit dauid qñ esurijt. et qui cum eo erant. quomodo intrauit in dom̃ dei ⁊ panes ꝓpositiõis comedit. quos non licebat ei edere neq; his q̃ cum eo erant nisi solis sacerdotibus: Aut non legistis i lege. quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatũ violant. ⁊ sine crimine sunt: Dico aut vobis: quia templo maior ẽ hic. Si autem scireris quid ẽ misericordiam volo ⁊ nõ sacrificium: nunq̃ cõdemnasseris innocentes. Dñica.viij.

Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui scdm nomen tuum deus ita et laus tua in fines terre iustitia plena est dextera tua. ℣ Magnus dñs et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri i mõte sancto eius: Collecta.

Largire nobis dñe q̃sumus semper spiritũ cogitandi que recta sunt ꝓpitiꝰ et agendi: vt qui sine te esse nõ ꝑsumus: scdm te viuere valeamus. ℣. Lectio epistole beati Pauli apostoli. Ad Romanos.

Fratres: Debitores sumus nõ carni: vt scdm carnem viuamus Si enim scdm carnez vixeritis moriemini. Si autez spũ facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicũq; enim spũ dei agũt hi filij sunt dei. Non enim accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore: sed accepistis spiritũ adoptiõis filioꝝ in quo clamamus abba pater. Ipse enim spũs testimoniuz reddit spũi nr̃o: q̃ sum⁹ filij dei. Si aũt filij ⁊ hĩredes. Hĩredes quidez dei: cohĩredes aũt christi. Gr̃

Esto mihi in deũ protectorẽ et in locum refugii vt saluum me facias ℣ De⁹ in te spaui dñe nõ cõfũdar in ẽtñ. Alla ℣ Vẽite exultẽ⁹ dño iubilẽ⁹ do saluatori nr̃o.

℣ Preoccupemus faciem eius i confessione et in psalmis iubilemus ei. Scđm Matheū.

In illo tempore. Di.ie.dis. suis. Attēdite a falsis prophetis qui veniūt ad vos in vestimentis ouiū: intrinsecus aūt sunt lupi rapaces. A fructibus eorū cognoscetis eos. Numq̄d colligūt de spinis vuas aut de tribulis ficus? Sic omis arbor bona fructꝰ bonos facit: mala aūt arbor. fructꝰ malos facit. Non potest arbor bona fructꝰ malos facere: neq; arbor mala. fructꝰ bonos facere. Omis arbor que non facit fructum bonū. excidet̄ et in ignem mittet̄. Igit̄ ex fructibꝰ eorū cognoscetis eos. Nō omis qui dicit mihi dñe dñe: intrabit in regnum celoꝝ. Sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnū celorum. Offert.

Populū humilē saluū facies dñe. et oculos superboꝝ hūiliabis quia quis deus preter te dñe.

Suscipe mune Secreta.
ra q̄sumus dñe que tibi de tua largitate deferimus ut hec sacrosancta mysteria gratie tue operante virtute presentis vite conuersatione nos sanctificent: et ad gaudia sempiterna perducant. Pr dñm. Com.

Gustate et videte quā suauis ē dñs bōs vir qui sperat in eo.

Sit nobis dñe Complenda reparatio mentis et corporis celeste mysterium: ut cuius exequimur actionem. sentiamꝰ effectum. Pr dñm nostrum ie

Feria.iiij. Ad Roma.

Fratres: Commendat suam charitatē deus in nobis quia cum adhuc peccatores essemus. christꝰ pro nobis mortuus ē multo igit̄ magis iustificati nūc in sanguine ipsius salui erimꝰ ab ira p ipsū. Si enim cū inimici essemꝰ. reconciliati sumus deo per mortem filij eius: multomagis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non solū aut̄: sed et gloriamur in deo. Pr iesum christum dñm nrm. Scđm Marcū

In illo tpe. Dixit iohes ad ieſum: Magister: Vidimꝰ

quendam in noie tuo eiciẽtẽ dem̃onia q̃ non sequit nob et phibuimus eũ. Jesus aũt dixit illis. Nolite phibere eũ. Nemo est enī qui faciat virtutem in nomie meo: et possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersum vos: p vobis est. Quisquis enī potum dederit vobis calicē aque in nomie meo quia christi estis amen dico vobis: non perdet mercedem suam. Et quisquis scāndalizauerit vnū ex his pusillis credentib' in me: bonū est ei magis si circūdaretur mola asinaria collo eius. et in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te manus tua: abscide illam. Bonum est tibi debilē introire in vitā: q̃ duas manus habentē ire in gehennā ignis inextinguibilis: vbi vermis eor̄ non morit̃. et ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te: amputa illum. Bonū est tibi claudum introire in vitā eternā: q̃ duos pedes habentē mitti in gehennā ignis inextinguibilis vbi vermis eor̄ non moritur. et ignis non extinguitur. Si oculus tuus scandalizat te: eice eum. Bonū est tibi luscū introire in regnū dei: q̃ duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Vbi vermis eorum nō morit̃. et ignis nō extinguitur. Feria.vi. Scdē

In illo tempe. Dixit iesus turbis iudeor̄ et principibus sacerdotū. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: qui claditis regnū celorum ante hoies. Vos enī nō intratis nec introeūtes sinitis intrare Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: qui comeditis domos viduarum orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudiciū. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: q̃ circuitis mare et aridam: vt faciatis vnum proselitum: Et cū fuerit factus: facitis eum filiū gehenne. duplo q̃ vos. Ve vobis duces ceci. qui dicitis: quicunq; iurauerit p templum. nihil est. Qui autē iurauerit in auro templi: debet.

Stulti ꝛ cci: quid eni maius
est. aurũ an tẽplũ. quod san-
ctificat aurũ: Et quicũq; iura
uerit in altari: nihil est. Qui-
cunq; aũt iurauerit i dono qđ
est supr illud: debet. Cci: quid
enim maius est donũ. an alta
re quod sãctificat donũ: Qui
ergo iurat in altari: iurat i eo
et in omnibus que supr illud
Acepta sint tibi dñe ꝗs nostri dona ieiunij: que ꝛ expiādo nos tua gratia dignos efficiant ꝛ ad sempiterna ꝓmissa perduant. ℣ dñm. Com.

Aufer a me obprobriū et cōtemptum quia mandata tua exquisiui dñe nam et testimonia tua meditatio mea est. Complen.

Quesumus oꝑs deus. vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: bñficia ꝓtiora sumamus. ℣ dñm nostrum ie

Sabbato quatuor temp⁹

VEnite adoremus deū et procidam⁹ ante dñm ploremus ante eū qui fecit nos quia ipse est dñs de⁹ noster. ℣ Venite exultem⁹ dño iubilem⁹ deo salutari nostro. Sine Dominus vobiscū Orem⁹ Flectamus genua. Leuate. Coll.

OMnipotēs sempiterne deus qui p cōtinētiā salutarem ⁊ corpibus mederis et mentibus: maiestatē tuā supplices exoram⁹. vt pia ieiuniū deprecatione placat⁹. ⁊ p̄sentia nobis subsidia p̄bras ⁊ futura. ℟. Lectio libri Leui

IN diebus illis: Locutus est dñs ad moysen dicēs. Decima die mensis hui⁹ septimi. dies expiationū erit celeberrimus. ⁊ vocabit⁹ sanctus. Affligetisq; animas vras in eo: et offeretis holocaustū dño. Dē opus seruile non facietis in tempe diei hui⁹: quia dies p̄piciationis est: vt p̄plicet vobis dñs deus vester. Omis aia que afflicta non fuerit die hac: peribit de ppulo suo. ⁊ que opis quippiam fecerit: delebo eam de ppulo suo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimum sempiternū erit vobis in cunctis gñationib⁹ ⁊ habitationib⁹ vris. Sabbatū requietionis est: affligetisq; aias vras. die nono mēsis hui⁹ a vespa usq; ad vespam. celebrabitis sabbata vra: Dicit dñs ops. Gℓ. Propicius esto dñe patis nris neq; dicant gētes vbi est deus eorū. ℣ Adiuua nos ds salutaris nr̄ et propter gloriā nois tui domine libera nos Orem⁹ Flectam⁹ ge. Leuate. Coll.

OMnipotēs ds nos ds: vt ieiunādo tua gra lacte-mur. ⁊ abstinēdo cūcta efficiamur ipsis fortiores. ℟ dñs

IN die hui⁹ilt: Le. ti. Leui Locut⁹ ē dñs ad moysen dicēs: Quinto decimo die mēsis septimi qñ congregaueritis oēs fruct⁹ terre vre. celebrabitis ferias dñi septē diebus. Die primo ⁊ die octauo: erit sabbatū. id est requies. Sumetisq; vos die primo fruct⁹ arboris pulcherrime spa

culasq; palmarum. ⁊ ramos ligni densarum frondium: et salices de torrente. ⁊ letabimi cor̄ dño deo vestro. celebra/bitisq; solennitatē eius septē dieb⁹ per annū. Legitimuz sempiternū erit in cunctis ge/nerationib⁹ vestris. ℣ Mense se/ptimo festa celebrabitis: ⁊ ha/bitabitis in umbraculis sep/tem diebus. Omnis q̄ de ge/nere israel est. manebit i tabr/naculis: ut discant posteri vr̄i q; i tabernaculis habitare fe/cerim filios israel: cū educerez eos de terra egypti: Ego dñs deus vester. **Graduał**

Protector noster aspice deus et respice sup seruos tuos ℣ Do/mine deus virtutū exaudi p̄ces seruoz tuoz. Orem⁹ Flecta/mus genua. Leuate. **Colle.**

Vere q̄s dñe familiā tuam: ut saluis eterne remedia que te aspirāte req̄/rimus. te largiēte consequa/mur. ℞ dñm nostrū iesū chri/stum tū. **Lectio michee ꝓphe.**

Dómine de⁹ noster pa/sce populū tuū in virga tua gregē hereditatis tue. ha/bitātes solos i saltu. In me/dio carmeli pascētur basan ⁊ galaad. iuxta dies antiquos Sicūm diez egressiōis tue de terra egypti ostē dā ei mirabi/lia. Videbūt gētes ⁊ cōfundē/tur sup oi fortitudie sua q̄ñ/q̄s ds similē tui: q̄ aufers iniq̄/tatē. ⁊ trāsfers p̄tū reliq̄az hereditatis tue: ℣ Nō immittet vltra furorē suū q̄ñ volens misericordiā. ⁊ reuertet⁹ ⁊ mi/serebit nr̄i. Deponet oēs iniq̄/tates nr̄as: ⁊ ꝓiciet in ꝓfun/dum maris oia pcā nr̄a. Da bis veritatē iacob misericor/diam abraā: q̄ iurasti p̄ri/bus nr̄is a dieb⁹ antiq̄s. Domi/nus deus noster. **Graduale.**

Dirigat⁹ oō mea sicut incēsum in cōspectu tuo dñe. ℣ Eleuatio manuū mearū sacrificiū vespe/rū. Orem⁹ Flecta. Leua.

Presta q̄s dñe sic **Collec.** nos abrenūtiare carnalib⁹: ut a vitijs irruēti/bus pariter iciunem⁹. ℞ dñm nostrū. **Lectio zacharie ꝓphe**

In diebus illis. Factū est verbū

dñmini ad me dicens. Hec dicit dñs deus exercituum. Sicut cogitaui vt affligerē vos cum ad iracundiaz me puocassent patres vestri z nō sum misertus: sic cōuersus cogitaui in diebꝰ istis vt bñfaciam hierusalez z domui iuda. Nolite timere. Hec sunt ergo verba que facietis. Loquimi veritatē vnusquisq; cuz ꝓximo suo. Veritatē z iudiciū pacis iudicate in portis vrīs: z vnꝰ quisq; malū contra amicū suum ne cogitetis i cordibꝰ vrīs: et iuramentū mendaz ne diligatis. Hec enī hec sunt q̄ odit: dicit dñs. Et factū est verbuz dñi exercituuz ad me dicens. Hec dicit dñs exercituū. Jeiunium primi. ieiuniū quarti. z ieiuniū septimi. z ieiuniū decimi: erit domui iuda in gaudium z letitiā z in solemnitates pulcras. Veritatem tantū et pacem diligite: dicit dominus exercituum. **Graduale** Ad dñm dū tribularer clamaui et exaudiuit me. ℣ Dñe libera aiam meā a labiis iniquis et a lingua dolosa. Oremꝰ Flectamus ge. Leuate. **Collect.** Ut nos dñe tribuis solēne tibi deferre ieiuniuz: sic nobis qñs indulgentie ꝑsta subsidium. Dñs. **Lectio.** Angelus dñi dixit. Rfo. viij **Hymnꝰ.** Bñdicam⁹ Rfo. vij. Dñs vo. sine Flectamꝰ ge. **Coll.** Deus q̄ tribꝰ Rfol. vij

Fratres: **Ad Hebreos** Tabernaculū factū est primū in quo erant candelabra z mensa z ꝓpositio panū qđ dicitur sancta. Post velamentū autem secūm tabernaculū. qđ dicit sancta sanctorū aureū habēs thuribulū. z arcam testamenti. circūtectam ex omni parte auro. In qua erat urna aurea habēs mānna: z virga aaron q̄ frōduerat. z tabule testamēti: supra q̄ erāt cherubī glorie obūbrācia ꝓpiciatoriū. de quibꝰ modo nō est dicendū ꝑ singula. His vero ita cōpositis in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorū officia consūmātes

In secūdo vro semel in anno solus pontifex nō sine sanguine quē offert p sua ⁊ p ppuli ignorātia. Hoc significante spūsancto nondū ꝓpalatā esse sanctoꝝ viā: adhuc priori tabernaculo habēte statuꝫ: que pabola ē tpis instantis. Juxta quā munera ⁊ hostie offerunt. que non possunt iuxta cōsciētiā pfectā facere seruientē. solūmodo in cibis ⁊ potibus ⁊ variis baptismatib⁹ et iustitijs carnis vsqꝫ ad tempus correctionis impositis. Christ⁹ aūt assistens pontifex futuroꝝ bonoꝝ pamplius et perfectī⁹ tabernaculū. nō manufactū. id est non hui⁹ creationis: neqꝫ p sanguinē hircorum aut vituloꝝ: sed per ꝓprium sanguinē introiuit semel in sca eterna redēptiōe inuēta.

Laudate dñm oēs gēes Et collaudate euꝫ oēs populi. ℣ Quōm cōfirmata ē sup nos misericordia ei⁹ et veritas dñi manet in eternū

Ascendebat iesus turbis sititudinē hāc. Arborē fici habebat q̄dam plātatā in vinea sua: et venit q̄rēs fructū in illa. ⁊ non inuenit. Dixit aūt ad cultorē vinee. Ecce āni tres sūt ex quo venio q̄rēs fructū in ficulnea hac: ⁊ nō inuēio. Succide ergo illā. ut q̄d etiā terraꝫ occupat: At ille rñdens. dixit illi. Dñe: dimitte illā ⁊ hac anno. usqꝫ dū fodiā circa illā ⁊ mittam stercora. Et siquidē fecerit fructū: sin aūt in futuro succides eā. Erat aūt docēs in synagoga eorū: sabbatis. Et ecce mulier q̄ habebat spūm infirmitatis. annis decē ⁊ octo ⁊ erat inclinata. nec oīno poterat sursum respicere. Quā cum vidēret iesus. vocauit ad se: ⁊ ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: ⁊ cōfestim erecta ē. et glorificabat deū. Rñdens aūt archisynagogus indignās. q̄a sabbato curasset iesus. dicebat turbe. Sex dies sunt in q̄bus oportet operari: in his ergo venite ⁊ curamini ⁊ non in die sabbati. Rñdit aūt ad illum dñs: ⁊ dixit. Hypocrite:

vnuſq̄ſq; veſtrū ſabbato non ſoluit bouem ſuū aut aſinū a p̄ſepio ⁊ duxit adaquare: hāc aūt filiā abrae quā alligauit ſathanas ecce decē ⁊ octo ānis non oportuit ſolui a vinculo iſto die ſabbati: Et cum hec diceret: erubescebāt oēs aduerſarij eius. Et omis popul⁹ gaudebat in vniuerſis: que glorioſe fiebant ab eo. Offer. Domine deus ſalutis mee i die clamaui et nocte coram te inuret oratio mea in conſpectu tuo dñe Concede q̄s op̄s Secreta. deus vt oculis tue maieſtatis mun⁹ oblatus ⁊ gr̄am nobis deuotionis obtineat: ⁊ effectū bte plenitatis acq̄rat. ℣. Mense ſeptimo feſta Comi. celebrabitis eā in tabernaculis habitare fecerim filios iſrael eū educere eos de terra egypti ego dñs deus veſter. Complenda Perficiant in nobis dñe q̄s tua ſacramenta quod continent: vt que nunc ſpēe gerimus. rerum veritate capiamus. ℣ dñm noſtrum ieſum chriſtum filiū. Dñica. xviij.

DA pacem domine ſuſtinentibus te vt prophete tui fideles inueniantur exaudi p̄ces ſerui tui et plebis tue iſrael. ℣ Letatus ſum in his que dicta ſunt mihi in domū dñi ibimus.

ORigat corda Collecta noſtra dñe queſum⁹ tue miſerationis operatio: q̄a tibi ſine te placere non poſſumus. ℣ dñm noſtrum ieſum. Ephe. Ad Corinthios. Fratres: Gratias ago deo meo ſemp̄ p̄ vobis. in gr̄a dei q̄ data ē vobis in chriſto ieſu q̄a i oīb⁹ diuites facti eſtis i illo. in oi verbo ⁊ in oi ſcia: ſicut teſtimoniū chriſti cōfirmatū eſt i vobis ita vt nihil vobis deſit i vlla gr̄a: expectātib⁹ revelationē dñi nr̄i ieſu chriſti. Qui ⁊ cōfirmabit vos vſq; i finē ſine crimie: in die aduēt⁹ dñi nr̄i ieſu chriſti. Grad. Letat⁹ ſum i his que dicta ſunt mihi i domū dñi ibim⁹. ℣ Fiat pax i virtute tua et habūdātia i turrib⁹ tuis. Alla ℣ De profūdis clamaui ad te dñe dñe exaudi vocem meam.

In illo Scdm Matthæum tempore. Conuenerũt pharisei in vnũ: et interrogauit ieſum vnus ex eis legis doctor temptans eum. Magiſter: qd eſt mandatum magnũ in lege: Ait illi ieſus. Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo: et ex tota anima tua. et in tota mente tua. Hoc eſt maximum et primum mandatum. Secundum autem: ſimile eſt huic. Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet et prophete. Congregatis autem phariſeis: interrogauit eos ieſus. dicẽs. Quid vobis videtur de chriſto: Cuius filius eſt: Dixerũt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in ſpiritu vocat eum dominũ dicens. Dixit dominus domino meo. ſede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ Si ergo dauid vocat eum dominũ. quomodo filius eius ẽ Et nemo poterat reſpondere ei verbum: neq; ausus fuit aliq; ex illa die eum amplius interrogare.

Sanctificauit moyſes Off. altare domino offerens ſuper illud holocauſta et immolãs victimas fecit ſacrificium veſperti-num i odorẽ ſuauitatis dño do in conſpectu filioꝝ iſrl.

Deus qui nos per huius ſa Secre. crificij venerãda commercia vnius ſummeq; diuinitatis participes effici. preſta quesumus: vt ſicut tuam cognoſcimus veritatem. ſic eam dignis mentibus at moribꝰ aſſequamur. ℣ dñm noſtrum ie

Tollite hoſtias et in Comũ. troite in atria eius adorate dominum in aula ſancta eius.

Gratias tibi offe- Complẽ. rimus domine ſacro munere vegetati tuam miſericordiaꝝ deprecantes. vt dignos nos eius participatione pficias: ℣ dñm. Feri. iiij. Epiſtola. Qorificate mẽ. R feria. iiij poſt primam dominicã pnte coſten. fol. c. xlv. Euangelium Similе factum eſt regnuꝝ celorum hmini q. R dñica. v. poſt epyphaniam. folio. xxvij

Feria.vi. Scdm Matthеum

Ja.i.t. Di.ie.d.s. parabolam hanc. Simile est regnū celoꝝ grano synapis. quod accipiens homo seminauit in agro suo. Quod minimū quidem est omniū seminū: cū aūt creuerit. maius ē omniū olerū: ⁊ fit arbor ita vt volucres celi veniant ⁊ habitēt in ramis eius Alia parabolā locutus ē eis dicēs. Simile est regnū celoꝝ fermēto quod acceptū mulier abscondit in farine satis tribus donec fermētatū est totū. Hec omnia locutus ē ihesus in parabolis ad turbas: ⁊ sine parabolis non loquebat eis. vt adimpleret quod dictū est per phetam dicentē. Aperiam in parabolis os meū: eructuabo abscōdita a cōstitutiōe mūdi

Alus popu Dñica.xix. li ego suꝝ dicit dñs ō quacunqꝝ tribulatiōe clamauerit ad me exaudiam eos et ero illoruꝝ dñs in perpetuum. ℣ Attendite popule meus legem meam inclinate aurem vestram in verba oris mei. Collecta.

Omnipotēs ⁊ misericors de⁹ vniuersa nobis aduersantia ppicius exclude: vt mente ⁊ corpe pariter expediti. que tua sunt liberis mentibus exequamur. ℞ dōm no.

Fratres: Ad Ephesios Renouami spiritu mētis vestre: ⁊ induite nouū hominem qui scdm̄ deū creatus est in iustitia ⁊ sanctitate veritatis. Propt̄ quod deponentes mendaciū: loq̄mini veritatem vnusquisq; cum proximo suo quoniam sumus inuicem membra. Irascimini: et nolite peccare. Sol nō occidat super iracundiam vestram. Nolite locū dare diabolo. qui furabat̄ iam non furet̄. Magis aut̄ laboret operando manibus suis qd̄ bonū est: vt habeat vnde tribuat necessitatꝝ patienti. Graduale.

Dirigat̄ oro mea sicut incensū in cōspectu tuo dñe. Eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinum. Alla ℣ Confitebor tibi dñe i toto corde meo et i cōspectu ageloꝝ psallā tibi ⁊c S. Mat.

In illo tpe. Ascendēs ihesus in nauiculam transfretauit ⁊ venit in ciuitatē suaz. Et ecce offerebāt ei paralyticū iacentem in lecto. Et videns ihesus fidem illorum: dixit paralytico. Confide fili: remittunt tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset ihesus cogitationes eoz: dixit eis Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris: Quid est facilius dicere. dimittunt tibi peccata an dicere surge ⁊ ambula: Vt sciatis aūt qm̄ filius hominis habet potestatez in terra dimittendi peccata: tūc ait paralytico. Surge tolle lectū tuū: ⁊ vade in dom̄ tuam. Et surrexit: ⁊ abijt in dom̄ suaz. Videntes aūt turbe: timuerūt. Et glorificauerūt deū: qui dedit potestatē talem hoīb̄. Off Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me dñe et sup̄ iram inimicoz meoz extendes manū tuam et saluū me fecit dextera tua. Secreta.

Hec munera dñe q̄s q̄ oīū nre maiestatis offerim̄. salutaria nobis esse concede. Pd̄ Tu mandasti manda Com̄. ta tua custodiri nimis vnam dirigant vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Cōplē. Tua nos dñe medicinalis operatio ⁊ a nostris puersitatibus clementer expediat ⁊ tuis semper faciat inhęrere mandatis. Pd̄.

Feria .iiij. Ad Hratres: Thessalonicē State ⁊ tenete traditiones quas didicistis siue p̄ sermonē siue p̄ epl̄az nr̄am. Ipse aūt dñs nr̄ ihesus christ⁹ ⁊ deus pater noster. q̄ dilexit nos et dedit consolationē eternaz et spem bonaz in gr̄a: exhortet corda vr̄a. ⁊ confirmet in omni opę ⁊ sermone bono. De cetero frēs orate p̄ nobis. vt sermo dei currat ⁊ clarificetur sicut ⁊ apd̄ vos. ⁊ vt liberemur ab importunis ⁊ malis hominibus. Non enī omnium ē fides. Fidelis aūt dñs ē: q̄ confirmabit vos ⁊ custodiet a malo. Confidim⁹ aūt de vobis i dmino qm̄ que p̄cepim⁹. ⁊ fa-

ctis ⁊ facietis. Dñs autē dirigat corda vestra: in charitate dei ⁊ patiētia christi.

In illo Scdm Matthæum tempore. Accesserūt ad iesum discipuli eius dicentes. Edissere nobis parabolaz zizanioz agri. Qui respondens ait. Qui seminat bonū semen est filius hominis: ager autez est mūdus. Bonū vero semē hi sunt filij regni. zizania aūt filij sunt nequā: Inimic⁹ aūt qui seminauit ea: est diabolus Messis vero: cōsummatio seculi est. Messores autem: angeli sunt. Sicut ergo colligūt zizania ⁊ igni comburunt: sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos ⁊ colligent de regno eius omnia scandala: ⁊ eos q̄ faciunt iniquitatē. ⁊ mittent eos in caminū ignis: ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Tunc iusti fulgebūt sicut sol: in regno patris eorū. Qui habet aures audiendi audiat. Feria.vi. Scdz

In illo tempore. Interrogat⁹ ie- Marcū.
sus a discipulis suis de cōsummatione seculi. dixit eis. Cuz videritis abominationē desolationis stantē vbi nō debet q̄ legit intelligat. tunc qui in iudea sunt fugiant in montes: ⁊ qui sup tectū est non descēdat in domū nec introeat vt tollat q̄d de domo sua Et qui in agro erit: non reuertat retro tollere vestimentū suū. Ve autem pgnantib⁹ ⁊ nutriētib⁹ in illis diebus. Orate vero vt hyeme non fiant hec. Erūt enī dies illi tribulationes tales: quales non fuerūt ab initio creature quā condidit deus. vsq̄ nunc. neq̄ fient. Et nisi breuiasset dñs dies: non fuisset salua omis caro. Sed ꝓp electos quos elegit: breuiabit dies. Et tūc si q̄s dixerit vobis. ecce hic est christ⁹: ⁊ ecce illic: ne credideritis. Exurgent enī pseudo christi ⁊ pseudo ꝓphete: ⁊ dabūt signa ⁊ prodigia ad seducendos si fieri potest etiā electos Vos ergo videte: ecce predixi vobis omnia. Dñica.xx.

Omnia que fecisti nobis domine i vero iudicio fecisti

quia peccauimus tibi et mādatis
tuis non obediuim⁹ sed da glo-
riam noi tuo et fac nobiscū sec̄z
multitudinē misericordie tue. ℣
Beati immaculati in via qui am-
bulant in lege dñi. Collecta.
Largire qs dñe fidelibus
tuis indulgentiā placa-
tus z pacem: vt pariter ab oi-
bus mundent offensis z secu-
ra tibi mente deseruiant. ℣.
Hfratres: Ad Ephesios
Videte quō caute am-
buletis. non quasi insipiētes:
sed vt sapiētes. Redimētes tē
pus: quō diel mali sunt. ℣ro
pterea nolite fieri imprude-
tes: sed intelligētes que sit vo-
luntas dei. Et nolite inebria-
ri vino in quo est luxuria: sed
impleamini spiritusancto lo-
quentes vobismetipsis i psal
mis z hymnis. z canticis spi-
ritualib⁹. cantātes z psallētes
in cordib⁹ vestris dño. grās
agētes semp p oib⁹ in noīe dō
mini nr̄i iesu christi deo z pr̄i.
Subiecti inuicem in timore
christi. Graduale
Oculi omniū in te sperāt dñe et
tu das illis escā in tp̄e opportuno.
℣ Aperis tu manū tuā: et imples
oē animal bñdictiōe. Alla ℣
Lauda aia mea dñm laudabo
dñm in vita mea psallam deo
meo quamdiu ero. S. Matth
Jn.i.t. Loqbat ihesus cū di-
scipulis suis in pabolis di
cens. Simile factū est regnū
celoz̄ hoi regi: q̄ fecit nuptias
filio suo. Et misit seruos suos
vocare ad nuptias. z nolebāt
venire. Jterū misit alios ser-
uos dicens. Dicite inuitatis
Ecce prādiū meum parauī:
thauri mei z altilia occisa. z
oīa parata sūt. venite ad nu-
ptias. Illi aūt neglexerunt: z
abierūt. ali⁹ in villā suā. aliul
vero ad negociationē suam.
Reliq̄ vero tenuerūt seruos ei⁹
et cōtumelijs affectos occide-
runt. Rex autem cum audisset
iratus est: z missis exercitibus
suis pdidit hymicidas illos:
et ciuitatē illoz̄ succēdit. Tunc
ait seruis suis. Nuptie q̄dem
parate sūt sed q̄ inuitati erāt
nō fuerūt digni. Jte ergo ad
exit⁹ viarū: z quoscūq̄ inuene

ritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius i vias cõgregauerũt oẽs quos inuenerunt bonos ꝛ malos: ꝛ implete sũt nuptie discũbentiũ. Intrauit aũt rex vt videret discũbentes et vidit ibi hoiem nõ vestitum veste nuptiali ꝛ ait illi. Amice quõ huc intrasti nõ habẽs vestem nuptialẽ: At ille obmutuit. Tũc dixit rex ministris. Ligatis manib⁹ eius ꝛ pedibus mittite eũ in tenebras exteriores: ibi erit fletus ꝛ stridor dentium. Multi enĩ sunt vocati: pauci vero electi. **Offert.** Sup flumia babylõis illic sedimus et fleuim⁹ dum recordaremur sion. **Secreta.** Celestẽ nobis pũrãt hec mysteria q̃s dñe medicinaz: ꝛ vicia cordis nostri expurgẽt. P̃ Memento verbi tui ser uo tuo dñe in quo mihi spem dedisti hec me consolata est i humilitate mea. **Complenda.** Vt sacris dñe digni reddamur muneribꝰ: fac nos q̃s tuis semp obedire mãdatis. P̃ **Feria.iiij. Ad Thessalonicẽ.**

FRatres: Denũciamus vobis i noie dñi nr̃i iesu christi: subtrahatis vos ab omni fratre ambulãte inordinate. ꝛ nõ secõm traditionez quam acceperũt a nobis. Ipsi enĩ scitis quẽ admodũ oporteat imitari nos: quĩ nõ inquieti fuimus inter vos. neq; gratis panẽ mãducauim⁹ ab aliquo sz i labore ꝛ fatigatione nocte ac die operãtes: ne quẽ vestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus potestatem: sz vt nosipsos formã daremus vobis ad imitandum nos. Nam ꝛ cum essem⁹ apud vos hec denunciabam⁹ vobis. quoniã si q̃s nõ vult operari. nec mãducet. Audiuimus enĩ inter vos quosdã ambulantes inquiete: nihil operantes: sed curiose agentes. His autem qui huiusmodi sũt denunciamus ꝛ obsecramus i domino iesu christo: vt cum silentio operantes panem suum manducent. Vos autem fratres nolite deficere bñfaciẽtes In christo iesu dño nostro.

Scdm Lucā.

Jn.i.t.Di cebat ihesus ad quosdā principi pharisęorū. Cū facis prandiū aut cenā noli vocare amicos tuos. neq; fratres tuos. neq; cognatos. neq; vicinos divites: ne forte ꝛ ipsi te reinvitēt ꝛ fiat tibi retributio. Sꝫ cū facis cōvivium: voca pauperes. debiles. claudos. et beatus eris: qꝛ nō habent retribuere tibi. Retribuet enī tibi in resurrectione iustorum. Hec cū audisset quidam de simul discūbētib⁹ dixit illi. Beatus q̄ māducabit panē in regno dei. Feria.vi.S.Lucaꝫ

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Beati eritis cū vos oderint hoies ꝛ cū separaverint vos ꝛ exprobraverit et ejecerint nomen vestrū tanq̄ malū ꝓpter filiū hois. Gaudete in illa die ꝛ exultate: ecce enī merces vra multa est in celo. Scdm hec enī faciebāt ꝓphetis patres eorum. Veruntamen ve vobis divitibus qui habetis consolationem vraꝫ. Ve vobis qui saturati estis: quia esurietis. Ve vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis ꝛ flebitis. Ve cū bñdixerint vobis oēs hoies. Scdm hec enī faciebāt pseudo ꝓphetis patres eoꝝ. Sꝫ vobis dico q̄ audituis Diligite inimicos vros bñe facite his qui oderūt vos. Benedicite maledicētibus vos: et orate pro calūniantib⁹ vos. Et qui te percutit in maxillaꝫ: prebe ei ꝛ alteram. Et ab eo q̄ aufert tibi vestimentū: etiā tunicā noli ꝓhibere. Omni aūt petenti te: tribue. ꝛ qui aufert que tua sunt ne repetas. Et ꝓ ut vultis ut faciant vobis hoīes: ꝛ vos facite illis similiter. Et si diligitis eos q̄ vos diligunt que vobis ē gratia Nam ꝛ pctōres diligentes se diligunt. Et si bñfeceritis his q̄ vobis bñfaciūt. que vobis est grā: Siquidem ꝛ pctōres hoc faciunt. Et si mutuū dederitis his a quib⁹ sperastis recipere. que gratia est vobis: Nam ꝛ pctores pctoribus fenerantur ut recipiant equalia. Veruntamen dico

vobis. diligite inimicos ve-
stros. ⁊ benefacite ⁊ mutuum
date nihil inde sperantes. Et
erit merces vestra: multa ⁊ cel.
In voluntate tua Dñica.xxi.
domine vniuersa sunt posita et
non est qui possit resistere volun
tati tue. tu enim fecisti omnia ce-
lum et terram et vniuersa que ce
li ambitu continent dñs vniuer
sorum tu es. ℟ Beati imacula
ti in via qui ambulāt i lege dñi.
Familiam tuā Collect.
q̄sumus dñe continua pie-
tate custodi: vt a cunctis ad-
uersitatib⁹ te protegente sit li-
bera: ⁊ in bonis actibus tuo
nomini sit deuota. ℣ dñum n.
Fratres: Ad Ephesios
Confortamini i dñmi-
no ⁊ i potencia virtutis eius:
Induite vos armaturā dei:
vt possitis stare aduersus insi
dias diaboli. quoniam non
est nobis colluctatio aduer-
sus carnem ⁊ sanguinem: sed
aduersus principes ⁊ potesta-
tes. aduersus mūdi rectores
tenebrarum harū contra spi-
ritualia nequicie in celestibus
Propterea accipite armatu-
ram dei: vt possitis resistere in
die malo ⁊ in omnibus perfe-
cti stare. State ergo succincti
lumbos vestros in veritate.
induti lorica iustitie ⁊ calciati
pedes in preparatione euange-
lij pacis. In omnibus sumē
tes scutū fidei in quo possitis
omnia tela nequissimi ignea
extinguere. Et galeam salutis
assumite ⁊ gladium spiritus
quod est verbum dei. Gr̄.
Domine refugium fact⁹ es no-
bis a generatione et progenie:
℣ Priusquā mōtes fierent aut
formarentur terra et orbis a seculo
et in seculū tu es. Alleluia ℣.
Qui sanat contritos corde et al
ligat contritiones eorum.
In illo tempore. S. Joh.
Erat quidā regulus cui⁹
filius infirmabatur caphar
naum. Hic cū audisset quia
iesus aduenisset a iudea i ga-
lileam abijt ad eum ⁊ roga-
bat eum vt descenderet ⁊ sana
ret filium eius incipiebat eni
mori. Dixit ergo iesus ad eū
Nisi signa ⁊ prodigia videri

tis:non creditis. Dicit ad eū regulus. Domine descende prius q̄ moriatur filius meus. Dicit ei ihesus. Vade. filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei ihesus: et ibat. Jam autē eo descēdente serui occurrerūt ei ⁊ nūciauerunt dicentes. quia filius eius viueret Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit: ⁊ dixerūt ei. Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater. quia illa hora in qua dixit ei ihesus filius tuus viuit: ⁊ credidit ipse ⁊ domus eius tota.

Vir erat in terra noie iob Off. simplex et rectus ac timēs deum quē sathan petiit vt temptarer et data est ei potestas a dño in facultate et in carne eius pdidit q̄ omnem substantiam ipsius et filios carnem quoq; eius graui vlcere vulnerauit.

Secreta

Suscipe domine quesumus propicius munera quibus ⁊ te placari voluisti: ⁊ nobis salutem petenti pietate restitui. P dñm nostrum ihesum chri.

In salutari tuo anima mea et in verbum tuum speraui quando facies de persequentibus me iudicium iniqui persecuti sunt me adiuua me domine deus meus. Com.

Complenda.

Immortalitatis alimonia consecuti quesumus domine vt quod ore percepimus. mente capiamus. P. Feria.iiij.

Charissime. Finis precepti est charitas de corde puro ⁊ conscientia bona ⁊ fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium volentes esse legis doctores. non intelligentes. neq; q̄ loquuntur. neq; de quibus affirmant. Scimus autem q̄a bona est lex: si quis ea legitime vtatur. sciens hoc: quia iusto lex non est posita sed iniustis ⁊ non subditis impijs ⁊ peccatoribus. sceleratis ⁊ contaminatis patricidis. homicidis: fornicarijs. masculorum cōcubitoribus. plagiarijs mēdacibus periuris: ⁊ si quid aliud sane doctrine aduersatur.

que est scdm euangeliū glorie
bati dei quod creditū est mi-
hi. Gratias ago ei qui me cō
fortauit: in christo iesu dmi-
no nostro. Scdm Lucam.

In.i.t. Factum ē vt intra-
ret iesus in synagogā: ꝛ do
ceret. Et erat ibi hymo et ma-
nus eius dextera erat arida.
Obseruabāt autem scribe et
pharisei si in sabbato curaret
vt inuenirēt vnde accusarent
eum Ipse vero sciebat cogita
tiones eoꝝ. Et ait hi qui ha-
bebat manū aridam. Surge
et sta in mediū. Et surgēs ste-
it. Dixit aūt ad illos iesus. In
terrogo vos: si licet sabbato
benefacere an male. animam
saluam facere an perdere: Et
circūspectis omnibus: dixit hi
mini. Extende manū tuā. Et
extendit. Et restituta est man⁹
eius. Ipsi aūt repleti sunt in-
sipientia: ꝛ collo quebant ad-
inuicem quid nam facerent de
iesu. Feria.vi. Scdm Lucā

In illo tempore. Cum esset ie-
sus in vna ciuitatū: ꝛ ecce vir
plenus lepra. Et videns iesuꝫ
et procidens in facē: rogauit
eum dicēs. Dñe: si vis pote-
me mūdare. Et extendēs ma
num. tetigit illū dicēs. Volo
Mundare. Et cōfestim lepra
discessit ab eo. Et ipse p̄cepit il
li. vt nemini diceret: sed vade
ostende te sacerdoti ꝛ offer pro
emūdatiōe tua sicut p̄cepit
moyses i testimoniū illis. Pe-
ambulabat autem magis ser
mo de illo. Et cōueniebāt tur-
be multe vt audirent: ꝛ curarē
tur ab infirmitatib⁹ suis.

Si iniquita Dñica.xxij.
tes obseruaueris dñe do
mine quis sustinebit quia apud
te propiciatio est deus israel ℣
De profundis clamaui ad te do
mine: domine exaudi vocē meā:

Deus refugiū Collecta.
nostrum ꝛ virt⁹ adesto
pijs ecclesie tue precibus au-
ctor ipse pietatis ꝛ presta: vt
quod fideliter petimus efficā-
citer consequamur. Pr dñm.

Lectio epīe beati Pauli ap-
stoli Ad Philippenses

Fratres: Confidimus i
dño iesu quia ⁊ cepit i vobis ⁊ qui

opus bonū pficiet vsq; in di-
em dñi ihesu. Sicut enim est
mihi iustum hoc sentire p oi-
bus vobis: eo qđ habeā vos
in corde et in vinculis meis. ⁊
in defensione ⁊ confirmatione
euangelij socios gaudij mei
omnes vos esse. Testis enim
mihi est deus: quō cupiā vos
omnes in visceribus ihesu dñi-
sti. Et hoc oro: vt charitas ve-
stra magis ac magis habūdet
in scientia ⁊ in omni sensu
vt probetis potiora. ⁊ sitis sin
ceres ⁊ sine offensa in diē dñi
sti ihesu: repleti fructu iustitie.
Per ihesum dñm nrm: in laudem
et gloriam dei. **Graduale.**
Ecce quam bonū et quam iocūdum habitare fratres in vnum
℣ Sicut vngentū in capite qđ
descendit in barbam barbā aa-
ron ℣ Mandauit dñs benedi-
ctionē et vitam vsq; in seculum.
Alleluia: ℣ Qui posuit fines
tuos pacem et adipe frumenti sa
ciat te. **Scđm Matthеum:**
In illo tempore. Dixit ihesus
discipulis suis. parabola;
hanc. Simile est regnū celoꝝ
homini regi: q̄ voluit rationē
ponere cū seruis suis. Et cū ce-
pisset rationē ponere: oblatus
est ei vnus q̄ debebat decē mi-
lia talenta. Cum aūt non ha-
beret vnde redderet: iussit eum
dñs venūdari ⁊ vxorē eius ⁊
filios: ⁊ oīa que habebat ⁊ red
di. Procidens aūt seruus il-
le: orabat eum dicēs. Patiētiā habe in me: ⁊ oīa reddam
tibi. Misertus aūt dñs serui
illius: dimisit eū. ⁊ debitū di-
misit illi. Egressus aūt seruus
ille. inuenit vnū de conseruis
suis. qui debebat ei centum de-
narios. Et tenens. suffocabat
eum dicens. Redde qđ debes.
Et p̄cidēs cōseruus ei⁹: roga-
bat eum dicēs. Patiētiā habe in me: ⁊ omnia reddam tibi.
Ille aūt noluit: sed abijt ⁊ mi
sit eum in carcerē. donec redde
ret debitū. Videntes aūt cōser-
ui eius que fiebāt: contristati
sunt valde. Et venerūt ⁊ nar-
rauerūt dño suo: oīa q̄ facta
fuerant. Tunc vocauit illū do
minus suus: ⁊ ait illi. Serue
nequā omne debitū dimisi ti-

bi quoniã rogasti me. Nõne ergo oportuit ↄ te misereri cõ/serui tui sicut ↄ ego tui miserꝝ sum: Et iratus dñs eius tra/didit eũ tortoribꝫ quo aduſq; redderet vniuersum debitum Sic ↄ pater meus celestis fa/ciet vobis si non remiseritis vnusquisq; fratri suo: de cor/dibus vestris. Offert.

Recordare mei dñe omnipotẽ/tissime dominãs da sermonẽ re/ctum in os meũ vt placeant ver/ba mea in conspectu principis.

Da misericors Secreta. deus: vt hec salutaris oblatio et a ꝓprijs nos reatibꝫ indesi/nenter expediat: ↄ ab omnibꝫ tueatur aduersis. Ꝑ. Com.

Dico vobis gaudiũ est angelis dei super vno pcatore pœnitentiam agente. Complenda.

Sumplimus dñe sacri do/na mysterij humiliter depre/camur: vt que in tui cõmemo/ratione nos facere precepisti in nostre proficiant infirmi/tatis auxilium. Ꝑ dñm no/strum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit ↄ reg

Feria. iiij. Epistola. Obse/cro primũ oium. Rõ dñica. v. post pẽtecostẽ feria. iiij. fol. c. li.

IN. i. t. D. i. d. s. S. Mar.

Amen dico vobis: qꝛa qui cunq; dixerit huic mõti tolle/re ↄ mittere i mare ↄ nõ hesita/uerit i corde suo sꝛ crediderit. qꝛa qcũq; dixerit fiat. fiet ei. Propterea dico vobis. om/nia quecũq; orãtes petitis. cre/dite quia accipietis ↄ eueniẽt vobis. Et cuꝛ stabitis ad orã/dum: dimittite si quid habe/tis aduersus aliquẽ: vt et pa/ter vester qui i celis est. dimit/tat vobis pcata vestra. Qd si vos non dimiseritis. nec pa/ter vester qui in celis est dimit/et vobis pcã vrã Feria. vi.

IN. i. t. D. i. d. s. S. Marcũ.

Videte qd audiatis. In qua enim mẽsura mensi fueritis: remecietꝫ vobis ↄ adijcietꝫ vo/bis. Qui enim habet dabitur illi. Et qui non habet: etiam qd habet: auferetur ab eo. Et dicebat. Sic est regnum dei. quemadmoduꝫ si homo iaci/at sementem in terram ↄ dor/

miat ⁊ exurgat nocte ac die et
semē germinet ⁊ increscat dū
nescit ille. Ultro eni terra fru-
ctificat. primū herbam. deīn-
de spicam: deinde plenum fru-
mentū in spica. At cum ex se
pduxerit fructus: statim mit-
tit falcē. qm̄ adest ips messis
Et dicebat. Cui assimilabim⁹
regnū dei. Aut cui pabole cō-
parabimus illud: Sicut gra-
num synapis qđ cū seminatur
fuerit in terra. minus ē oīb⁹
seminib⁹ que sunt in terra. Et
cum seminatū fuerit. ascendit
et fit maius oīb⁹ oleribus
et facit ramos magnos. ita
vt possint subūbra eius aues
celi habitare. Et talibus mul-
tis parabolis loquebatur eis
verbum: prout poterāt audire:
Sine parabola autem: nō lo
quebat eis. Seorsum autem
discipulis suis: disserebat oīa.

Dñica. xxiij. Introit⁹. Si ini-
quitates: vt supra p̄cedēti dñi-
ca. p totū cū Coll'. Secreta et
Complenda Ad Philippē.

Fratres: Imitatores
mei estote: ⁊ obseruate
eos qui ita ambulāt sicut ha-
betis formā nostram. Multi
eni ambulant quos sepe dice
bam vobis: nūc autē ⁊ flens
dico ūmicos crucis christi quo
rū finis interitus. quorū de⁹
venter est: ⁊ gloria in cōfusio-
nem ipsoz qui terrena sapi-
unt. nostra autem conuersa-
tio in celis est. Vñ etiā salua-
torem expectam⁹ dñm nostrū
iesum christuz: q̄ reformabit
corpus humilitatis nostre: cō
figuratum corpori claritatis
sue. secōm operationem qua pos-
sit etiā subiicere sibi oīa ihesus
christ⁹ dñs nr̄. S. Matthēū.

In illo tpe. Dixūtes phari
sei cōsiliū inierūt vt capent
iesum in sermone. Et mittunt
ei discipulos suos cum herō-
dianis: dicentes. Magister.
scimus quia verax es: ⁊ viaz
dei in veritate doces. ⁊ non est
tibi cura de aliquo. Non eniz
respicis personam hominum
Dic ergo nobis quid tibi vi-
detur: Licet censum dari cesa-
ri an non: Cognita autem
ihesus nequitia eorum: ait.

Quid me temptatis hypocri-
te: Ostendite mihi nūmisma
census. At illi obtulerūt ei de-
narium. Et ait illis ihesus. Cu
ius est imago hec ꝛ superscrip-
cio: Dicunt ei. Cesaris. Tunc
ait illi ihesus. Reddite ergo q̄
sunt cesaris cesari: ꝛ que sunt
dei deo. Feria.iiij. Ad Timo
theū Epla. Charissime. No-
li erubescere testi. ℟ feria. iij.
ante septuagesimā. fol'. xxvij.

Ma.i.t. Secōm Matheum
Cū venisset ihesus ꝛ discipu
li eius capharnaū: accesserūt
qui didrachma accipiebant.
ad petrū ꝛ dixerūt ei. Magi-
ster vester nō soluit didrach-
ma: Ait. Etiam. Et cū intras-
set in dom̄ū: p̄uenit eum ihesus
dicens. Quid tibi videt̄ simō
Reges terre a quib' accipiūt
tributum. vel censum. a filijs
suis an ab alienis: Et ille di-
xit. Ab alienis. Dixit illi ihesus
Ergo liberi sunt filij. Ut autē
nō scandalizem' eos. vade ad
mare ꝛ mitte hamū. ꝛ cū pisce
qui prim' ascenderit. tolle. Et
apto ore eius: inuenies state-
rem. Illū sumēs: da eis p me
et te. Feria. vi. S. Marcum
Ma.i.t. Cōuenerūt ad ihesū pha
risei: ꝛ quidā de scribis venie-
tes ab hierosolymis. Et cum
vidissent. quosdā ex discipu-
lis eius. cōmunib' manibus
id est. non lotis manducare
panem vituperauerunt eos.
Pharisei enī ꝛ omnes iudei
nisi crebro lauent manus. nō
manducant: tenētes traditio
nes seniorum. Et a foro rede-
untes nisi baptizentur. non
comedunt. Et alia multa sūt
que tradita sunt. illis serua-
re: baptismata calicum ꝛ vr-
ceoꝝ ꝛ eramentoꝝ ꝛ lectoruꝝ.
Et interrogabant eum pha-
risei ꝛ scribe: quare discipuli tui
non ambulant iuxta traditi-
onem seniorum. sed cōmuni-
bus manib' mādūcāt panē:
At ille rūdens dixit eis. Bñ
ꝓphauit esaias de vobis hypo
critis: sicut scriptū ē. Popul'
hic labijs me honorat: cor au
tem eoꝝ lōge est a me. Inua-
nū aūt me colūt: docētes doctri-
nas ꝛ p̄cepta hoiuꝝ. relinq̄tes

enim mandatum dei: tenetis traditionem hominū.

Dñica.xxiiij. Introitus. Si iniquitates. Cum toto cantu Colle. et Secre. atq; Complenda supra folio.c.lxxvi.

Fratres: Ad Colossen.

Non cessam⁹ p vobis orātes ⁊ postulātes. vt impleamini agnitiōe volūtatis ei⁹. In omni sapiētia ⁊ intellectu spūali: vt ābuletis digni deo p oia placētes. In oi ope bono fructificātes ⁊ crescētes in scientia dei. in oi virtute cōfortati. sēdm potentiaz claritatis eius. In omni patiētia ⁊ longanimitate cū gaudio. Gratias agentes deo patri. q̄ dignos nos fecit in parte sortis sanctoz in lumie. Qui eripuit nos de potestate tenebraruz et transtulit in regnū filij dilectionis sue. In quo habemus redemptionē ⁊ remissionē peccatorū. p̄ ihesum christū: dñz nostrum. Sēdm Matheū.

In illo tpe. Loq̄nte iesu ad turbas: ecce princeps vn⁹ accessit: ⁊ adorauit eū: dicēs. Domine: filia mea mō defūcta ē. sed veni impone manuz super eā: ⁊ viuet. Et surgēs ihesus. sequebat eū. ⁊ discipuli eius. Et ecce mulier q̄ sanguis fluxuz patiebat duodecim ānis: accessit retro: ⁊ tetigit fimbriam vestimēti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantū vestimentū ei⁹: salua ero. At ihesus cōuersus ⁊ videns eā: dixit. Confide filia: fides tua te saluaz fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset ihesus. in domū principis et vidisset tybicines ⁊ turbaz tumultuantē dicebat. Recedite: nō est enim mortua puella. sed dormit. Et deridebāt eū. Et cū ejecta esset turba: intrauit et tenuit manū ei⁹ ⁊ surrexit puella. Et exijt fama hec in vniuersam terram illam. Feria.iiij

Fres: Ad Romanos.

Nolo enim vos ignorare mysteriū hoc: vt non sitis vobismetipsis sapientes: quia cecitas ex parte contigit in israel donec plenitudo gentiū intraret: ⁊ sic omnis israel saluus

fieret sicut scriptū est. Veniet
exlion q̄ eripiat ꝛ auertat im-
pietatē ab iacob. Et hoc illis a
me testamētū: cum abstulero
ptā eoꝝ. Sēdm euāgeliū q̄-
dem inimici ꝓp̄ vos. Sēdm ele
ctionē aūt dilectissimi ꝓp̄ pa-
tres. Sine pœnitētia sunt enim
dona ꝛ vocatio dei: Sicut enī
aliqñ ꝛ vos non credidistis
deo: nūc aūt misericordiā con
secuti estis ꝓp̄ illoꝝ incredulita-
tē ita ꝛ isti nūc nō crediderūt
in vrām misericordiā vt ꝛ ip-
si misericordiā cōsequāt. Cō-
clusit enī dñs oīa ī incredulita-
tem: vt oīum misereat. O al-
titudo diuitiarū sapie ꝛ scien-
tie dei: q̄ incōprehēsibilia sūt
iudicia ei⁹ ꝛ iuestigabiles vie
eius. Quis enī cognouit sen-
sum dñi. aut q̄s cōsiliari⁹ eius
fuit: aut q̄s prior dedit illi ꝛ re
tribuet ei: Quoñ ex ipso ꝛ p ip-
sum ꝛ ī ipso sunt oīa: ipli hō-
nor ꝛ gl̄ia ī secula seculoꝝ amē

Ad.i.c. Sēdm Marcum.

Interrogauit iesum vn⁹ de
scribis q̄d esset primū oīum
mādatū. Jesus aūt rñdit ei.
Quia primū oīum mādatū
est. audi israel: dñs ds nr̄. ds
vnus ē. Et diliges dñm deum
tuū ex toto corde tuo: ꝛ ex tota
aīa tua. ꝛ ex tota mente tua.
et ex tota virtute tua. Hoc est
primū mādatū. Secūdū aūt
simile est illi. Diliges proxi-
mū tuū: tanq̄ teipsum. Ma-
ius hiruz: aliud mandatum
non est. Et ait illi scriba. Be-
ne magister in veritate dixi-
sti: quia vnus est deus. ꝛ non
est alius preter eum. Et vt di-
ligat ex toto corde. ꝛ ex toto in
tellectu: ꝛ ex tota anima ꝛ ex
tota fortitudine. ꝛ diligere p-
ximum tanq̄ seipsum: maius
est omnibus holocaustomati
bus ꝛ sacrificijs. Jesus autez
videns quod sapiēter respon-
disset: dixit illi. Non es longe
a regno dei. Feria.vi. Euā-
geliū. Dixit iesus turbis iude
orū ꝛ principib⁹ sacer. R̄ vi. fe-
ria ante septuagesimam fo-
lio.xxviij. Dñica.xxv.

Dicit dñs ego cogito cogi-
tationes pacis et nō afflic-
tiōis invocabitis me et ego exau-

dūc vos et reducā captiuitatē vrāz de cunctis locis. ℟ Benedixisti dñe terrā tuā auertisti captiuitatem iacob. Collecta.

EXcita dñe qñs tuoruz fideliū volūtates. vt diuini opis fructū ꝓpensi⁹ exequntes: pietatis tue remedia maiora percipiāt. ℣ dñ. Lectio

ECce hieremie ꝓphete. dies veniūt dicit dñs. et suscitabo dauid germen iustum ⁊ regnabit rex ⁊ sapiēs erit: ⁊ faciet iudiciū ⁊ iustitiaz in terra. In dieb⁹ illis saluabit iuda: ⁊ israel habitabit cōfidenter. Et hoc ē nomē qđ vocabūt eum: dñs iustus noster Propter hoc ecce dies veniūt dicit dñs: ⁊ non dicent vltra viuit dñs q̄ eduxit filios israel de terra egypti: sed viuit dñs q̄ eduxit ⁊ adduxit semen domus israel de terra aq̄lonis: et de cunctis terris ad quas ejeceram eos illuc. Et habitabunt in terra sua: Dicit dominus omnipotens. Graduale

Liberasti nos dñe de affligentibus nos et eos qui nos odērūt confudisti. ℣ In deo laudabimur tota die et nomini tuo cōfitebimur. Alla. ℣ In exitu israel de egypto domus iacob de populo barbaro. ℣ Facta ē iudea sanctificatio ei⁹ israel ptās ei⁹. Euāgeliū. Cū subleuasset oculos iesus. R iiij. dñica in. xl. fo. lxi

De profundis clamaui Off. ad te dñe dñe exaudi orōez meā

Propicia⁹ esto dñe Secreta supplicatiōibus nrīs ⁊ populi tui oblatiōib⁹ pītabilez suscipiatis: oium nostrū ad te corda cōuerte. vt a terrenis cupiditatib⁹ liberi: ad celestia desideria transeamus. ℣. Comū.

Amē dico vobis quicquid orātes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Complenda.

Concede nobis dñe q̄s vt p hec sacramēta q̄ sumpsim⁹ q̄cquid in nra mēte vitiosum ē: ipsi⁹ medicatiōis dono curet ℣ dñ. Feria. iiij. Ad Thessa

FRatres: Ionicenses. Gratias agere debem⁹ deo semper pro vobis. ita vt dignū est. quoniam superexcrescit fides vestra et habundat

charitas vniuscuiusq; vestrū in inuicez ita vt ꝛ nosipsi i vobis gloriemur in ecclesijs dei pro patientia vestra ꝛ fide in omnibus persecutionibus vestris ꝛ tribulationibus quas sustinetis in exemplum iusti iudicij dei: vt digni habeamini in regno dei. pro quo ꝛ patimi. Si tamen iustū est apd deum retribuere retributionē his qui vos tribulant. ꝛ vos qui tribulamini requiem nobiscum in reuelationem domini nostri iesu christi de celo cuz angelis virtutis eius. In flā ma ignis dantis vindictam his qui non nouerunt deum et qui non obediunt euangelio domini nostri iesu christi. Qui pœnas dabunt in interitu eternas a facie domini. ꝛ a gloria virtutis eius cum venerit glorificari in sanctis suis ꝛ admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. Per iesum christum dominum nostrum. Scdm Lucam.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite ergo portare sacculum neq; peram neq; calciamenta: ꝛ neminem per viam salutaueritis. In quamcūq; domum intraueritis: primuz dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet super illā pax vestra. Sin autem: ad vos reuertet. In eadem autem domo manete: edentes ꝛ bibentes que apud illos sunt. Dignus est enim operarius: mercede sua. Nolite transire de domo in domum: ꝛ in quamcumq; ciuitatem intraueritis ꝛ susceperint vos: manducate que apponuntur vobis. Et curate infirmos q̄ in illa sunt ꝛ dicite illis. Appropinquabit in vos regnū dei. In quamcunq; autem ciuitatem intraueritis ꝛ nō receperint vos: exeuntes in plateis eius dicite etiam puluerē qui adhesit nobis de ciuitate vestra. exergim' in vos. Tamen hoc scitote: quia appropinquauit in vos regnum dei.

Feria.vi. Scdm Marcum.

In illo tempore Dixit ihesus discipulis suis. Vigilate et orate: nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domū suam: et dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis et ianitori precepit vt vigilet. Vigilate ergo: nescitis enim quando dominus domus veniat. sero an media nocte. an gallicantu. an mane: ne cū venerit repente. inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico omnibus dico: vigilate.

Explicūt tota officia de tpe.